q Veris quid ergo de uirginitate ſentiá cū ſint nōnulli:q eá uirtuté eſſe negét.Nō enim téperantiæ eē ſpecié nec ullū eius extremū:q̄d inter paꝝ nimiſq̧ uerſat̃:ſe cōtrarium prorſus.Rem ſane quæris nō paruam nec contemnendam ut qui cœlibatum coniugio prætuleris nam quam muliebri ſexu uirginitatem dicimus eá in uirili non uirginitaté ſed cœlibotū priſci uocant cupias ꝓ tua in me ſingulari beniuolentia tui animi grauem probatiſſimamq̧ ſententiá meis etiá aliquibus rationibus confirmari .Itaq̧ altius mihi repetendum eſt quo non ueritati minus ſatiſfaciá q̃ tibi homini amiciſſimo & optimo.Omnium primum hoc nobis propoſitum eē uolo ita cōiugiū uirginitati ſubiici ut parem numerum impari. Quæcunq̧ paria in arca Noe ſeruata ſunt animalia ea immunda fuiſſe q̄s ambiguat.Et unus eſt deus:& numero deus impare gaudet. Vt igit̃ impar numerus mundus eſt:ita paria oīa imundiciæ ſūt obnoxia.Quod ét idé poeta Virg.Platoné Pytagoricoſq̧ ſecutus cū minime ignoraſſet:ſaciat in.vii.æneī.lib.Deiphœbū talia loquutū.Ne ſeui magna ſacerdos Diſcedá: explebo numerū redarq̧ tenebris.Reſpōdet inq̃ Deiphœbꝰ turbatæ Sibyllæ ne ob p̄ſentiá cōfabulationéq̧ ſuá iraſcat̃ q̄m cōtinuo diſcedet numeꝝq̧ diminuet īparé.ſ.& ternarii .Nō.n.huiuſmodi numerus cōueniebat apud manes q̄bꝰ ét dū uano gentiū more ſacrifcaret̃ nō īpari ſed pari numero aræ dicebát̃ duæ.ná diis ſuperis tris aras poni mos fuerat. Verſabat̃.n.ſuperſticioſa illa gétilitas ī eo quoq̧ errore ut & bonos quos uocabat & malos deos uenerandos opinaret̃ alteros q̄dé ut eént ꝓ futuri malos át ne nocerét.Nōne idé Maro Platōicus q̄dá pytagoricuſq̧ poeta in aī quoq̧ ꝑtiōe ternario īpariq̧ nūero uſus é Quid.n.cū ait Celſa ſed æolus arce ſceptra tenés mollitq̧ aīos & tēpat iras aliud ſéſiſſe arbitremur poetā prudétiſſimū quá aī rōné cuius ſedé ī crebro tāq̃ ī arce eē uoluit eiuſq̧ & cupiditates & iras ī arce q̄ſi q̄dá ītra p̄cordia iecurq̧ relegatas æoli ſceptro hoc é rōis īperio molliédas tēperádaſq̧ ſubiecit illá q̄dé īparis numeri cōcluſione pſectam eſſe duas partis reliquas imperfectas: Totum autem in ſe numerum & imparé eſſe eundéq̧ perfectum.Sed q̄d poetarum q̄d philoſophoꝝ.q̄d gétilitatis illius uane utimur teſtimoniis. Vñ hauriamus aut locupletius.aut uerius argumetum q̃ ab eo.q̄d & ſolum & ſemꝑ é & idé.

per ſe ſubſiſtit. Vna ē diuina eadēq̧ ſubſtātia. Hanc in tribus æqualiter abſoluteq̧ perſonis ineſſe & ap
te dicimus. & īdubitato credimus. Nā q̄q̄ deus: qui infinitus eſt: nullo numero capi pōt numeꝝ tñ non
aſpernat̄. In eo. n. quod tris eſſe dicimus ineſſe numeꝝ qs negauit. Quod ſi eū cōſiderare uoluerimus
q̄ ſit tres numeꝝ nō eē inueniamus. Nec ſane mihi uideor ignorare eos numeros q̄ ad ſe ipſos recurrūt
in ſuis partibus illis q̄ in ſummā redactæ fuerint pſectos dici ſolitos & eos rurſum dici impſectos quoꝝ
iſtiuſmodi ptes ubi ſimul ducant̄: nequeunt eoſdē īplere numeros quoꝝ ipſæ ſunt ptes. Nā quoꝝ nu
meroꝝ partes ēt excedere reperiunt̄: tum abundātis: pluſq̄ perfectos nominari maniſeſtum ē. At qui
in numero ternario: obquē ipſum quoq̧ Ariſtoteles diuinā ſanctificationē uenerationemq̧ introductā
eſſe teſtatur eā uideo ineſſe perfectionem: ꝙ nulla eſt parte mancus: ſed plane totus quippe qui & prin
cipium habet & medium & finē. Ac ne in re perſpicua uideri uoluiſſe: ut iuuenis argutior inſimuler. nū
ulla paris in trinitate an in paris numeri ratione utimur. At ut omnis numerorum paritas: ad unius eius
ꝙ cuiuſq̧ numeri & principiū eſt & cā. refertur imparitatem: ita quæq̧ parium pſectio ipſius imparis p
fectioni ſubiecta eſt: ut agenti patiens. Ex quo ſit ut perfectio cōiugii: ꝙ aut īremediū incontinētiæ aut
ad ꝓcreandos liberos eſt inuentum & conſtitutum: longe ſit inferior perfectione uirginitatis & celiba
tus quæ ipſa ſua quadam ui: natura q̧ laudatur: eoq̧ pluris ducitur: quod non præcepti ui cogitur ſed of
ertur. ultro Et matrimonio quidem creſcit ac multiplicat̄ hominū genus: terraq̧ replet̄. Virginitatis
autē & cælibatus bono chorus quaſi q̄dā angelicus auget̄ cœlumq̧ repletur. Itaq̧ tibi mi fracāzane nō
poſſū nō gratulari q̄ militare Chriſti & uirginale ſagulū coniugali ocioſæq̧ togæ ſæculi prætuliſti qui
humanum omnem fulgorem ne minima quidem corruſcationis ſcintilla cum ſplendore cœleſtis glo
riæ conferendum exiſtimaris. Induiſti te īquam Bartholomeæ mi dilectiſſime Chriſti ueſte & ea q̄dē
ueſte quæ unius eſt impariſq̧ numeri. Hāc ut in corruptam puramq̧ tueare: te nō ſolū hortor ſed etiā
rogo. Veꝝ decepiſti Philelſum tuum quē olim religionē diui Benedicti inire cupientē: cū Venetiis age
r et: anteq̄ in Thraciā nauigaret: ne id faceret hortatus es: cū diceres fruſtra me tā lōgū ſtudiū ſuſcepiſſe
ſi ætatem omnē in tēplo diui Georgii cognomento maioris orando contererem. Nec tamen accuſo
iudicium tuum. Ita enim uiſum eſt immortali deo: itaq̧ ut tua tu: ita ego mea ſorte cōtentus ſum: quo ip
ſe mihi faueas apud ſuperos: ego autem apud homines tibi. Hoc enim pacto cum omnia amicis coīa
ſint: & cœli uterq̧ & terræ gloriā cōſequemur. Sed tu eo es fœlicior iudicādus: ꝙ uirtute quadā heroi
ca clarus eris. Nā ego ſatis ſim habiturus: ſi coniugii lauder apud hoīes. Quod autem ſcire uis quot ego
in præſentia ætatis ſum annos natus: accipe breuibus. ago ætatis annum trigeſimum: quippe qui na
tus ſum āno a Xpi natale trecētēſimo nonageſimo octauo ſupra annū mileſimū. & id quidē ad octauū
Kal. auguſtas de hac urbis conditione nihil eſt: ꝙ ad te ſcribā. Agitant̄ enim omnia procelis ac fluctibꝰ
Nec multum a naufragio abſumus. Vale ex Bononia nonis decembris. M.cccc.xxviii.

Franciſcus philelfus Andreæ conſtantinopolitano theologo ordinis prædicatorum
ac Rhodiorum archiepicſopo ſal.

I Itteras tuas ex urbe Roma cum libenter uidi: tum lectitaui q̄ iucundiſſime. Erant enim nō gra
uiſſimæ ſolū ſed ēt locupletiſſimæ teſtes ſingularis tuæ erga me caritatis. Quod aūt me horta
ris iſtuc ut quāprimū ueniā: id mihi hoc tempore nequaquā eſt integrū. Nā Florentinis obſtri
ctus ſum in annuum docendi munus. Nec mihi quicq̄mā duco honorabilius fide. Quā ſi paterer meo
aliquo emolumēto infirmā fieri rumores quos increbuiſſe clariſſimos de me ſcribis apud ſummū pō
tificē leuiſſimos redderem ac mendaces. Verum cum per ſtudii uacationē dabit̄ ibo in urbē romā &
ꝙ me mones q̄ diligentiſſime tuebor. Quando autē hinc mihi mouendū ſit: non ſatis ſcio. Domenicus
enim Capranicanus: qui electus firmanus pro Martino ſummo pontifice legatus apoſtolicus maxi
mis uiribus urbē obſidet: oppugnatq̧ conſtantiſſime: nondū mihi concedere uoluit tuti itineris lr̄as.
Quid aūt in cā ſit ignoro. Tu interea temporis Vale. & quod ad tempus ſis in Thraciam Rhodūue ſo
luturus me tuis litteris certiorem facito. ex Bononia idibus decem. M.cccc.xxviii.

Franciſcus philelfus Thome ſarzanenſi ſal.

q Vā mihi rebus reuerendiſſimi Cardinalis tui imo nr̄i conditionē ꝓponis apud nobiliſſimū
iſtū munificentiſſimūq̧ principē Nicolaū æſtenſē: & ſi perutilis eſt atq̧ honorifica eā admit
tere nequaq̄ poſſum. Sum enim florentinis obligatus annuo docēdi munere: & id quidē hor
natiſſime. Itaq̧ īmortalis gr̄as uelim agas noīe meo iſti humaniſſimo pr̄i: cui me ſi diligētiſſime cōme
daris rē fecies amicitia nr̄a admodū dignā. Vale ex Bononia. xiiii. Kal. ianuarias. M.cccc.xxviiii.

Franciſcus philelfus Bartholomeo fracanzano ſal.

q Vo frequētiores eunt ad me lr̄æ: tuæ eo maiore afficior uoluptate. in iis enim lectitādis uide
or & eſſe loqui tecū. Quod autē mirari te dicis a me uoluptatē laudari cū a Cicerōe in quæſtio
nibus tuſculanis & in libris de finibus bonoꝝ & maloꝝ apprime uituperet̄ nihil eſt opus. ut
mireris nā q̄d Ci. in aliis repræhendit. in hoc ipſe perſe peccat. Litigat. n. de uerbo rem negligit quāq̄
ne de uerbo quidē recte ſentit. Nā q̄d uoluptas nō oīs ſit turpis immo ſæpe etiā honeſtiſſima cum alia
pleraq̧ eius ſcripta: tū epiſtolaꝝ libri infinitis in locis liquido declarāt. Præterea ſi bonū eſt ſecundum
Ariſtotelem ꝙ omnia appetunt: num minus omnia quæ ſenſu mouentur a natnra appetūt uoluptatē.
Quod autem eſt ſecundum naturam: num id bonum non ſit. Nam de aī uoluptate quæ ab honeſtis ac.

nonibus ꝓficiſcitur:quæq̄ ex contéplatione ueritatis & dei capitur maxima nū eam quiſquam neget eſſe bonum & maximū quidem bonū? At referti ſūt grauiſſimoꝝ philoſophorum libri: Ariſtotelisq̧ in primis ſubtiliſſimis & firmiſſimis quæſtionibus:qbus & probatur prudentiſſime. & laudaṫ egregie uoluptas. Qua de ipſa pluribus ad te ſcriberé:ſi eſſem ocioſus:ſed cui eſſe ocii quicquā poſſit iter arma bellorumq̧ fragores: At q dabitur tépus ut ſpero quo & tibi ſatiſfaciam:& alios nonnullos iſtiuſmodi ĩprudétia una mecū liberabo. nūc ignoſce breuitati meæ. Vale ex Bononia pri. kal. ianu. M.ccccxxviii.

Franciſcus philelfus Thomæ ſaracinenſi ſal.

e Go mi Thoma dilectiſſime ſū florentiæ reip. iā obſtrictus anno munere. Itaq̧ aliam nullā conditioné poſſū amplecti: Quid enim de decoroſius q̄ uel eſſe uel haberi leue? Nam fidem minus ſeruare hominis eſt nō iiuſti ſolum: ſed pii. At ſcio non modo reuerédiſſimus pater Cardinalis tuus id ab me factum iri nollet ſed nec etiam tu q ſpeculum es imagoq̧ & probitatis & grauitatis. Vale ex Bononia pridie Kal. ianuarias. M.cccc.xxviii.

Franciſcus philelfus Ioanni auriſpæ ſal.

d Amnas tu auriſpa conſiliū meū quod nolim eam conditioné admittereṫ quā humaniſſimus cardinalis Bononienſis Nicolaus uir ſanctiſſimus mihi ꝓponit ſcribiſq̧ futuꝝ ut me pœniteat. mei inſtituti ſi maluero florentinus q̄ magnaīo iſti prīcipi Nicolao marchioni gratificari addiſ q̧ ut mihi añ oculos ponā & Manuelé noſtrū chryſolorā doctiſſimoꝝ uiroꝝ oīum huiꝯ tépeſtatis prīcipé dum uixit: & alios nōnullos eruditos ac diſertos hoíes: quoꝝ nemo diutius potuit agere florétiæ propter uarias quorūdā īſidias: quoꝝ īuidentia terra cœlūq̧ uexaṫ. At ego tibi paucis reſpōdeo. Et oīum primū maxīas tibi & ago & habeo gratias. ꝙ am ciſſime cōſulis rebus meis: ſed qd mihi faciundū ſuades? Nū ut alicuius utilitatis gratia: ꝙ honeſtū ē negligā? An es oblitus nihil apud me minus habere ponderis q̄ rei pecuniariæ rationé? Fidé dedi reip. Florétinæ: q̄ certe inuiolate cōſtāterq̧ ſeruabo. Nec ulla patiar utilitatis ſpecie meæ initia hæc iuuéte cuiuſq̄ leuitatis noīe accuſari: Inuidentium aūt morſus animi grauitate atq̧ magnitudine me facile uitatuꝝ ſpo: Quod ſi minus mihi diu licuerit: operā dabo ut alioꝝ id culpa factū iudiceṫ non mea. Vale ex Bononia kal. ianuarias. M.cccc.xxviii.

Franciſcus philelfus Leonardo aretino ſal.

n Vlla ego in culpa ſum Leonarde aretine ꝙ ad cōſtitutū tépus ad uos nō ierim. Scis enim urbé hác nō obſideri modo ab eccleſiaſticis uiribus ſed die noctuq̧ accerrime oppugnari. Hi primo q reip. pſunt mihi abeūde nullam dabát facultatem. Qui ubi ab me multis fatigati tū præcibus tum etiā quādoq̧ conuitiis expoſtulationibuſq̧ ſūt eā ceſſere: tum legatus apoſtolicus q Martini Pōtificis maximi uice ī caſtris gerit. Dominicus capranicanus tuti itineris lr̄as peteti mihi nullo pacto ī hác dié tribuit. Itaq̧ haud ſcio qd ipſe ſim facturus. Verſor profecto ī maximis aī curis. Nec quid conſilii capturus ſim noui. Niſi fortaſſe mihi iucundū putes aſpectū quottidianū gladioꝝ ac ſæuiciæ cū aliis laqis gulæ franguntᷓ: alii obtruncātur alii ſcīduntur ī partes alii defodiuntur alii trucidanṫ. Quid pluribus Omnia humano cruore madét iure ne an iiuria nō eſt meum iudicare. Nā ī ciuitate factiōibus ſeditionibuſq̧ ardéti nihil eé: tan iiuſtum tā īpium ꝙ minus uidetur: & pietati & iuſticiæ. Hac ī re unū remediū dari poſſe ītelligo: ut publicis ueſtræ reip. lr̄is cōtédaṫ ab hoc legato apoſtolico ut me ad uos libere ac tuto ire patiaṫ. Tuū igiṫ fuerit id q̄primū curare qd̄ ſi feceris: fore certo ītelligo ut ꝓpedié iſtic mutuo colloqo & quottidiana cōſuetudine nobis īuicem uti liceat. Vale decus litteraꝝ & eloquétiæ. Meq̧ ut facis ama. ex Bononia idibus febru. M.ccccxxix.

Franciſcus philelfus Gabrieli mauro ſal.

n Ihil mihi fuit iucūdius tuis lr̄is Gabriel mi cariſſime qbus humanitatem tuā ac moꝝ ſuauitaté bonitatemq̧ īgenii ita repræſentas ut te coram aſpicere aloq & cōplecti uidear. Nō poſſū mihi nō lætari quod ſtudiis olim meis ac lucubrationibus īte adoleſcéte īſtituédo id me uideā cōſecutū: ūt florétiſſimus ſenatus tuus talé ſit uiꝝ te habiturus. q & ampliſſimæ patriæ futurus ſis ornaméto & amicis adminiculo atq̧ uoluptati. Incūbe igiṫ ꝓ uiribus teq̧ āplificādæ gloriæ totū dedecus. Non multos hīturus ē nobiliſſimus ſenatus tuus ſimilis tui Noui acrimoniā īgenii tui: noui magnitudiné aī noui cōſiliū: noui ꝓbitaté. Nihil hét tua reſp. te uno cōtinétius nihil moderatius nihil ad oīs ꝓclaras actiones aut ſplendidius aut ſtrenuū magis. Sed qd ego fruſtra ſim lōgior qui ita uidear te adhortari q̄ſi nō ꝑ te ſatis: ſis q & prouidédo &: cōſultādo & agédo nulli rei deeſſe poſſis. De fratris tuis dominici moribus quæ ſcripſiſti nō potui nō dolere. Sed tñ fer oīa moderate ætas enī fortaſis eius aī acerbitate aliqdo ad maturitatem aget. Quod ſi ſecus accidat tu te ipſo contétus eſto. Ego ꝙ ſcire oīs bene ualeo cū uniuerſa familia migraturus breui florentiā ubi honorifice & comode ſum futurus. Titū Liuiū meū cōmendo tibi. Vale ex Bonnoia pridie Kal. martias. M.cccc.xxix.

Franciſcus philelfus Leonardo arretino ſal.

f Erunt ad me tādé lr̄æ ex caſtris a legato apoſtolico qbus tuto hic ad uos ire ꝑmittiṫ. Itaq̧ ad triduū aut q̄triduū Bononia abibo. Foꝝ Corneliū uerſus: ita. n. q̄ īmolā appellaṫ libet. Nā illd̄ iter lōge tutius ē hoc tépore ꝑp hoſtiū caſtra q̄ a reliqs partibus urbi adiacét q̄ ꝙ recta Florentiam agit: Intellexi deniq̧ quid in cauſa fuerit: ꝙ hæ litteræ ante hunc diem mihi negatæ ſunt Conſpirant nonnulli ciues ac ſacerdotes quidam ex ordine Heremitarum pro Martino Pontifice maximo cōtra

hanc remp. Et qa legatus credebat certo urbe ſe potituꝝ:nolebat me hinc abire. Sed ea conſpiratio &
detecta é & de cõiuratoribus oĩbus ſuppliciũ ſumptũ. Quare legatus ſpe ſua fruſtratus ultro litteras
ad me miſit. Tu me inclitis prĩcipibus iſtis tuo more & cõmendatum & carum reddito tibiꝗ; in primis.
Vale ex Bononia pridie nonas apriles. M.ccccxxix.

Franciſcus philelfus Franciſco barbaro ſal.

X imola haſce litteras ſeptimo idus apri. ad te dedi cũ eſſem poſtridie Florentiã petiturus: quid
e enim diutius Bononiæ expectaré in tanta gladioꝝ ĩpunitate? Me plurimum miſeret illius af
flictæ urbis: quæ õni facinori omni ĩmanitati eſt diritatiꝗ; expoſita. Ibi quicqd cuiquã collibue
rit licet. Nullus eſt clementiæ: nullus cõmiſerationi locus. Quare & ſi nihil mihi metuẽdũ erat: qppe q
omnibus eſſẽ clariſſimus: tamen oĩa metuebã in tanta ciuium cæde. Spero mihi florentiæ fore ſecũda
omnia: ſiquidẽ locus erit doctrinæ te innocentiæ. Qua in urbe cũ fuero ſcribam ad te pluribus. Nunc
ex itinere prolixiori mihi eſſe nõ licuit. Vale ex Immola ſeptimo idus apriles. Mccccxxix.

Franciſcus philelfus Leonardo iuſtiniano ſal.

Ripui me tandẽ ex Bononienſi naufragio: quo tota urbs periit. Petoꝗ; florentiã: quo ſũ & ho
e norifice & pulcherimis quidẽ præmiis publice accerſitus. Itaꝗ; nõ mireris ſi ĩ preſẽtia paucis te
cũ egi: hæc enim ex itinere ſcripſi tibi. Cũ Florentiæ mihi per otium dabitur: pluribus tecũ agã
Interea tẽporis rogo te per humanitatẽ tuã perꝗ; meã in te obſeruantiam ut memineris mei: libroꝝ
que meorum q̃ diligentiſſimam curam geras. Vale ex imola. ſeptimo idus apriles. M.ccccxxix.

Franciſcus philelfus Marco lypomano philoſopho atꝗ; iurecon. ſalu.

Vod me antea tuis humaniſſimis litteris monuiſti: ut me ex bononiẽſibus fluctibus in tutũ ali
q quẽ portũ reciperem: id tandem cum primũ licuit feci proficiſcorꝗ; Florentiam: hæc enim ex
itinere ſcripſi tibi. Scio maluiſſes pro tua ſingulari erga me beniuolẽtia apud nos eſſẽ q̃ optime
de me meritos. Et idẽ ego maluiſſẽ. Quod ſi ea mãſiſſet me cõditio: cuius gratia ex Thracia ad uos ſol
uerã a uobis nunquã abiiſſem. Quo factũ eſt ut neceſſitatem ſequar non uoluntatem. Vale ex immo
la. vii. idus apriles. M.ccccxxix.

Franciſci philelfi epiſtolarum liber ſecundus:

Franciſcus philelfus Antonio Iuſco ſecretario apoſtolico ſal.

Ratulatio tua Antoni Iuſce nõ debet mihi non ꝓbatiſſima uideri: nã & uir es opti
mus & mei certe amantiſſimus: haud enĩ oblitus ſũ: & quæ mecum olim Vincentiæ
cũ eſſem conſtantinopoli nauigaturus: loquutus es: & quantam mihi beniuolenti
g am oſtendiſti. At meam rurſus erga te obſeruantiã animaduerto te memoriter me
miniſſe. Itaꝗ; maxĩas habeo tibi gratias ꝙ me tanquã in principiis animi tui inter ho
neſtiſſima amicitiæ monumẽta ſeruare uolueris. Mihi aũt nõ poſſũ nõ iure optimo
letari cũ intelligo me non fruſtra te meis õnibus ad probitatẽ actionibus perĩde at
que calcẽ propoſuiſſe ad quã dirigendi ſint õnes non bene loquendi ſolũ ſed bene uiuendi cogitatus:
ac ſtudia noſtra. Quod autẽ me ortaris: ut romanã curiam petã cum ea ſit ſola eruditionis: & eloquen
tiæ domiciliũ ad idꝗ; õne ſtudium tuũ atꝗ; operã polliceris: & conſilium probo: & adminicula tua om
nia libenter ãplector. Verũ nondum menſis præteriit: poſtquã Florentiã ueni. Quare neceſſe eſt: ut
conſtitutũ annuũ tẽpus integre abſoluã: quod ubi fecero: ſi mihi tua opera: & gratia honeſtum locum
apud pontificẽ maximum proponi intellexero: confeſtim in urbem aduolabo: Nam hic: quantũ mi
hi augurari iã uideor: inter Scyllã charibdique nauigabo. Quo fit: ut quibus: aut rubentibus malũ: aut
anchoris nauim muniã: haud facile queã hinc prouidere. At eo ingenuũ ocium malim: quã periculoſũ
negociũ: nã hæc urbs non multo minus q̃ bononia factionibus diſſidet: quin eo periculoſius: quo acu
tiora uidentur mihi hominũ ingenia & ad nocendum procliuiora. Vale ex Florentia. xiii. Kal. Maias.
Anno a Natali Chriſtiano. M.cccc.xxix.

Franciſchus philelfus Ioanni Auriſpæ ſal.

Vod ſcire cupis. nihil te cælabo. Florẽtia me plurimũ delectat. Eſt. n. urbs: cui nichil deſit: neꝗ;
q ad ædificioꝝ magnificentiã atꝗ; uenuſtatẽ: neꝗ; ad ciuiũ dignitatẽ: & amplitudinẽ. Adde: qd
uniuerſa ĩ me ciuitas ꝯuerſa ẽ. Oẽs me diligũt: honorãt oẽs ad ſũmis laudibꝰ ĩ cælũ efferũt. Meũ
nomen in ore eſt omnibus. Nec primarii ciues modo: ut me cum per urbem incedo ſed ipſe etiã nobiliſ
ſime fœminæ honorandi mei gratia locũ cædunt: Tantumꝗ; mihi deferunt: ut me pudeat tanti cul
tus. Auditores ſunt quottidie ad quadragentos: uel fortaſſis etiam amplius & hi quidẽ magna ex parte
uiri grandiores & ex ordine ſenatorio. Quod multis: õnia mihi ſecunda læta ſũt Cæteꝝ: quo me for
tunatiorẽ eſſe animaduerto eo magis mihi metuo ab inſidiis inuidentiũ. Nicolaus Nicolus & Carolus
aretinus quottidie me publice audituri adeunt una cum aliis ciuibus. Et Nicolaus quidẽ quantũ ĩ hanc
diẽ animaduertere potui: homo eſt loquatior: ſed non admodum uafer. quippe q efficiat facile ac te
mere oĩa. At Carolus. ὥσπερ στυγνῶς ὢν καὶ μισάνθρωπος: triſtis eſt ſemper ac loquitur ni
hil. Videturꝗ; monſtri quippiam intus alere. Et ſunt: q̃ mihi dicant eum cauendum eo eſſe magis: quo
magis ſilet. id enĩ non a modeſtia atꝗ; uerecũdia proficiſci: ſed ab ĩuidẽtiæ uulnere. Ego tamẽ in por

in naurigo Leornardus aũt arretinus mihi uehementer afficit̃:quẽ eo puto rerum meaꝝ ſtudioſũ magis fore:qđ aduentu p̃ſentiaq̧ mea maximo ẽ leuatus onere.Nã & Nicolaus:& Karolus:q ante aduentũ meũ illi plurimũ detrahebant:ab oĩ eiuſmodi calũnia maledictoq̧ deſtitere mea cã:ut eximat̃ deteriti qđ uidiſſent ab me Leornardũ publice:& grauiter:& ornate:& pleno ore laudatũ. Coſmus medices ut humanitatis plurimũ p̃ſefert:adiit me ꝑhumane:nec id ſemel:ſed iteꝝ atq̧ iterũ:dixitq̧ ſi q̃ mihi in re opus foret opera ſue:ne de ſe mihi deeſſem unq̃ nam ſe ſe mihi defuturũ nunquam.Pallas Stroza ſplendidiſſimus eques auratus oĩbus in rebus mihi ſꝑ adeſt:Honoriq̧ & cõmodis meis oĩbus nõ ſecuſ ſtudet:ac ſi eſſem filius.Ambroſius monachus uir diſertiſſimus:& ſi me amare uĩ plurimũ:tñ nõ põt: mihi nõ ſuſpectus eſſe. καὶ γὰρ ἐπαινοῦμ τὸν ἡμῶν ὥσ χρητὸν λεὸναρδων ἔφη ἀλ' λοηκα δαδηαλοδ τὸν ἄνδρα Quæ quidem oratio.οἰκεῖν αἰμοι δοκεῖ ἀνδρὸς καὶ ἀγαθοῦ :Haberẽ tibi ſcribere alia:& qdẽ plura q̃ nũc cõſulto p̃tereo.Tu ſi quid habes de rebus oriẽtalibus:fac ut ſciã.Theodora te ſalutat.Vale ex florẽtiæ pridie Kal.Augu.M.cccc.xxix.

Franciſcus philelfus Marco canetulo equiti aurato ac iurecõſulto ſal.

n Euidear oblitus amicitiæ nr̃æ: in illud ꝓuerbiũ incidiſſe:quo dici ſolet:Quod abeſt ab oculo id quoq̧ abeſſe corde uolui uerbis paucis te adire:q̃ ſi diligẽter cõſideraueris:iudicabis nõ abſurdũ ẽẽ cõſiliũ meũ:& ſi admonitio ẽ potius quã conſiliũ Qui enim cõſulat iuuenis uiro graui & ſapienti? Videmus tñ fieri ſæpe uſu:ut qui ludo calculoꝝ interſunt:& ſi ſpectatores ſunt:non colluſores:non nihil acutius uideant:quam hi quorum ẽ ludus.Quis.n.ignorat uehemẽtiore animi affectu plerũq̧ accidere.ut mendacio cedat ueritas honeſtaſq̧ turpitudini.Quo maiore quis dignitate pollet:eo redditur inſolẽtior:ſi minus recta utit̃ ratiõe.At prudentia quidem ẽ:qua recta ratio difinitur.Hæc uero ita ſine uirtutum moralium adminiculis eſt manca:ut uirtutes reliquæ nullæ ſine prudẽtia.Nec poteſt quiſq̃ bene uti bonis iſtis quæ uel corpis:uel fortunæ tribuunt̃:niſi uir bonus fuerit.Et quidẽ bonus nunq̃ abutatur neq̧ honoribus:neq̧ diuitiis.nec illis omnino iſtiuſmodi cõmodis. etiam ſi id facere impune quiuerit.At abſoluta uirtute qui caruerit:& cogitet ob licentiã.& dicat. & faciat ſecus oĩa:quã par ſit.Quo fieri uidemus:ut iſtiuſmodi homines & ſe tandẽ perdãt & patriã.Ego ſane mi Marce nihil huiuſmodi de te uereor:noui.n.moderationẽ aĩ tui egregiãq̧ prudẽtiã.Sed cũ mecũ memoria repeto:quæ tũ ãno ſupiore ꝑpetraui apud uos uidi tũ deĩde abſcẽs:& audiui.& audio quottidie: nõ debeo nõ metuere & tibi & tuis:ne aliqñ nimia iſta licẽtia & uobis oĩbus:& Bononienſi reipu.magnã ſit cladẽ importatura.Quid.n.ꝑ deũ imortalẽ adeo ciuili cruore ꝑfundimini. Vos nõ alienis mõ q̃q̃ nemo debet alienus duci:q ciuis ſit:ſed ne ſanguĩe qdẽ cõiunctiſſimis parcitis: qñ qdẽ eodẽ ordine habetis oẽs quos ullą uel minia animi offenſione oderitis.Offenſio aũt iſtiuſmodi omnis nõ ab æmulatiõe uirtutis q̀ caritatẽ mutuã nõ odiũ parit:ſed ꝙ tua bõa cũ uẽia dictũ uelĩ ꝑtim ab auaritia:ꝑtim ab ambitione manat.Quæ duæ pernicioſiſſimæ peſtes ĩ ciuitate iura diuina omnia humanaque peruertunt.Harum uos inquam ſtimulis agitati:per oẽm impietatẽ facinoris inter uos digladiamini.Et ita in omnẽs ueluti debacchamini:ut dictionem eccleſiaſticam ĩ truculentiam immanemque tyrannida mutaueritis.Nolite obſecro per tantam impotentiam diritatemque animorum latius ferri.Cohibete iam tandem odium recordatione ciuilis ſocietatis.Iniicite frenum iræ.Perturbationi ratio dominetur. An illud fortaſis eſtis obſiti.Mihi uindictam & ego retribuam.At illud ſaltem memineritis: hodie mihi: cras tibi.Nec enim uos latet.quãta mutabilitas ſoleat eſſe fortũæ? Quo nã clauo quo robor̃ rotã eius ita ſiſtetis:ut uobis ꝑpetua ſit futura.Quo magis aliud:blãditur:fauet:eo fallit de improuiſo magis nocetq̧ acerbius.Præterea qbus laſõ ille phæræus.aut Leon:aut Phalaris:aut Glearcus:aut Nero uel mortuus:non ẽ odio:At clementia.C.Iulii Cæſaris iuſticia Traiani:pietas Antonini:grauitas Alexãdri ſeueri in dies magis magiſq̧ laudatur.Quæ ab me fidẽtius nũc ſcripta ſũt: Marce uir clariſſime:hæc amici omnes tui quos Florẽtiæ permultos habes:& loquunt̃ & ſentiunt.Sed hæc a me pluribus fortaſſe:q̃ oportuit.Nec enini ipſe docẽdus es q & iure cõſultus:& uir ſapiẽtiſſimus docere alios conſueuiſti.Cæterum uis amoſtis &:hec ut hæc audacter ſcriberem:eſt me cohortata:que ſcio pro tua ſingulari prudẽtia in bonam partem accipies.Vale ex Florentia.iii.Nonas Decebres.Mccccxxviii.

Franciſcus philelfus Ioanni Lamelæ ſal.

q Vod fieri certior ab me queris:quid ipſe de me ſtatuerim hoc ẽ manſurus ne ſim Florẽtiæ ĩ ꝓximum ãnum.an alio cõceſſurus quid tibi reſpõdeam haud ſatis ſcio.Delectat̃ me certe urbs: delectant ciues:delectat etiã cœlũ ipſũ:quod p̃clara dexteraq̧ ingenia uim plurimã habet. Cæterum terrẽt me ciuiles diſcordiæ:quas hic non minoris:quã bononiæ uigere.& in dies ĩualeſcere magis animaduerto:At in ciuitate ſedioſa quæ quies: tranquilitas ulla cuiquã eſſe queat:quĩ eo mihi magis hic quam Bononiæ ciuiles diſcordiæ metuẽdæ ſũt.qđ Bononiẽſes tui ſibi ipſis nocẽt:ꝑegrinis ãt fauẽt omnes.At.Florẽtiæ ſecus omnia.Accedit ad hãc difficultatẽ quod mihi paratæ ſũt priuatæ: quædam illorum inſidiæ:qui uirũ hic doctũ neminẽ uellẽt quo ipſi inter luſcos ocultiſſimi uiderentur.Itaq̧ oĩno hinc mihi alio tandẽ migrãdũ ẽ ſi uelim & mihi.& rebus meis ſalubriter ẽẽ cõſultũ.Sed quoniã tẽpoꝝ eſt habenda ratio:nũc mihi uellificãdum ẽ pro uentorum flatibus Quo fit:ut in proximũ quoq̧ annũ hic futurus ſim.Vis autẽ peſtilẽtie:quod noſſe uis iã prope omnis contabuit.Vale ex florentia Kalen.

Franciſcus philelfus Ioanni auriſpæ ſal.

Ouerunt mihi riſum litteræ tuæ:quibus Maccrobium atqꝫ dionē quos cōmodato acceperas
m repetēti reſponderis eos me tibi dediſſe dono quo tēpore Cōſtantinopoli ſum ꝑfectus ad re
gē Romanorū Sigiſmundū:& ita niteris oratorie mihi ꝓbare tuū cōmentū:ut niſi iuuenis ad
modū eſſem:me putarē oblitū mei. At uereor:qm̄ ſenectutē attigeris:ne ipſe obliuioſus ſis factus:nam
ſunt qui ſenectuti imbecillitatē memoriæ aſcribant.Ego enim memoriter memini cū eſſem triremē
prope inſcenſurus:petiiſſe te ut duos illos codices ad reditū uſqꝫ meū ex panonia tuæ fidei cōmenda
rē tutius enim eos apud te futuros:quā domi.Cū uero Cōſtantinopoli reuertiſſem:tu aberas in Italia
Quod ſi poſtq̄ in Italiā redii:illos ſerius repeto:nolo ob id putes me eſſe oblitū mei. Quare te rogo:ut
eos iure poſtliminii uti ſinas.Quod tum feceris:cum liberi ad me reuerterint.Vale ex Florētia pridie
idus ſeptembres.M.cccc.xxxi.

Franciſcus philelfus Leonardo Iuſtiniano ſal.

Vm memoria mecum repeto magnitudinē atqꝫ crebritatē tuorum erga me meritoꝝ nō poſ
c ſum nō plane intelligere me carū tibi olim iucundūqꝫ fuiſſe:eſſe āt hoc tp̄e haud ſane aīaduer
to:adeo.n.me ſuſpenſum & ancipitē uſqꝫ tenet tuarū intercapedo litterarum:dum nihil oīo re
ſpōdes:ut aīum a me tuū alienū quodāmō factū exiſtimē.Quæ mea calamitas ſi forte accidiſſet: id qđ
minime oīum uelim.nullo neqꝫ errato meo nec itē tuo accidiſſe certo ſcio.ſed inuidiorū dūtaxat & ob
trectatorum malignitatē ac perfidiā in cā fuiſſe nō debeo nō exiſtimare:nā ut īquit Sophocles πρὸς
τὸν ἐγδὸν ὀδφέον δέϖι.Quare cū hi uiderent me tua ſingulari beniuolētia atqꝫ charitate palā gloria
ri.& eā ducere perinde atqꝫ cuiuſdā fœlicitatis loco:nō potuerunt hoīes ꝑditiſſimi ꝓ peſtifero ſuo ani
mi liuore nō uehemētiſſime dolere.In idqꝫ maxime elaborarunt:q̄tū uideor uidere:ut.σ μικρὸσ σὲ.
γῶ μὲγᾶλου̃σου̃.χὸρις.ἀφᾶλερὸν ϖιπᾶϖὲ λῶπὲμὲ ταγαρσου̃ μὲγαλου̃αρυ̃ ἀελρὸν
Quæ qdē inſidiæ inuidētiū q̄ta me ſollicitudine atqꝫ moleſtia affecerint:potuiſti ex aliis nōnullis ſupe
rioribus noſtris litteris liq̄do pſpicere.Quod aūt hoc tp̄e aliud ad te ſcribā.hēo nihil niſi ut te rogē:at
que obſter:ne obtrectatoribus:& maliuolis aures patefacias:ſed illū me & ēe:& ꝑpetuo futurū erga te
Philelfū arbitreris:q nulla unq̄ aī gratitudine didiſcit a quoq̄ ſuperari.Nā qualis in te ſemꝑ fuerim:iam
pridē & ꝑfectū habes & cognitū.Vale ex florētia nonis Ianuariis.M.cccc.xxxi.

Franciſcus philelfus Ioanni Lamolæ ſal.

E te aut alios quos huc deſcendi gr̄a uenturos ſignificas ancipites teneā:ad ꝓximū mēſem iu
n liū maximo cū totius huius ciuitatis cōſenſu ac ſtudio cōductus ſum p̄mio aureum tercētorum
quiaquagenorum in ſingulos annos pro toto trienio:cuius quidē ſtatuti tp̄is initiū ē q̄nto de
cimo Klendas nouēbres.Quod tp̄is curriculum:faciat optimus maximus.ut cū minima inuidorum ſ
me moleſtia liceat percurrer̄. Vale ex Florentia Kal. Auguſtis.M.cccc.xxxi.

Franciſcus philelfus Nicolao Arcimboldo iurecōſulto ſal.

X qua die te bononiæ primum uidi.cum legatus p̄ſtantiſſimi Mediolanēſium Ducis Philippi
e Mariæ illac iter faceres:tanta me tibi beniuolētia deuinxiſti:ut oīa mea tua cā facturū libēter
ultroqꝫ receperim.Et tu itē cōtra mihi oīa tua ſtudia:& officia es pollicitus Itaqꝫ tempus obtu
lit:ut ipſe anteuertam:cum anteuerti libentius uellem:quippe q̄ honeſta in opera tua opeqꝫ ut ueli Qui
meas tibi lr̄as reddidit iuuenis eſt Senenſis Aeneas Siluius nomine honeſta natus familia mihiqꝫ cariſ
ſimus nō ſolū q̄ annos duos meus auditor fuit:ſed etiam q̄ ad īgenii acrimoniā dicēdiqꝫ leporē attinet
moribus eſt & urbāis & cultis:Cupiditate autē dictus uiſēdi Mediolani ad uos uenit.Quid multis.Ho
minē tibi tāto ſtudio cōmēdo ut maiore nequeā.Quicq̄d in hūc uel officii:uel opis contuleris.ī me ip
ſum collatū exiſtimabo:Ad hortationē aūt illā tuā neqꝫ ſum oblitus nec obliuiſcar q̄dē. Quin hac ipſa
de re:meus Aeneas iſte tecū uerbis meis q̄dā cōmētabit̄.Vale.ex Florēta Nonis nouēbri. Mccccxxxi.

Franciſcus philelfus Antonio Panormitæ ſalu.

Go mi Antoni mallē iſtic eſſe:ubi quietior mihi:ut exiſtimo:uita offerret̄:q̄ Florētiæ:ubi oīa
e ſunt tumultuaria:plenaqꝫ inuidiæ. Ad qđ aī cōſiliū cū multi me hortāt̄ : tū Guarynus noſter ī
primis. Sunt mihi Mediolani amici nōnulli:ſed Guarnerius Caſtellio. & Nicolaus arcimbol
dus & Aloyſius crotus oīum primi. Cum iſtis igit̄ uelim de re mea aliq̄d cōmenteris:& q̄ ipſi hāc in ſē
tentiā dixerint ad me & q̄primum.& q̄ diligētiſſime ꝑferendū cura.Nā ſi honeſta mihi cōditio fuerit
oblate nō detractabo.Vale ex Florētia.iii.idus Iulias.M.cccc.xxii.

Franciſcus philelfus Nicolao Cardinali Bononienſi ſalu.

Homas Sarzanenſis uir perhumanus & eruditus amplitudinis tuæ ſecretarius pater clemen
t tiſſime tuo nomīe lr̄as ad me dedit:q̄bus qđ mihi erat ſolet:ut aiunt clarius nō amice minus q̄
eloquēter oñdis:quanta ſit tua erga me charitas:deinde monuit ut tibi ſignificarē:q̄ me Flore
tia delectar.Præterea ſi qua in re tua opera opeqꝫ mihi uti uelim ſcriptorio calamo nō parcā. Te enim
paratū ſemꝑ fore:nt mihi benefacias.Et habeo tibi & ago immortales gr̄as pater humaniſſime:quod
qua die primū Bononiæ me uidiſti:ac tuā excepiſti in clientelā:te mihi patronū ſemꝑ: te patrem:te be
neficium præſtiteris:& id quidē nullis meis de te meritis:ſed ſola tua māſuetudine atqꝫ benignitate.
imitatus tu ſane eū:cuius crucē ꝓ ſigno geris.chriſtū optimū maximū.q ut cunctis mortalibus benefa
ceret ſibi ipſi non pepercerit.Nunc ad ea:quæ uerbis tuis mihi Thomas tuus ſcripſit: & de Florentia

primum. Quem florentia minus delectarit.is certe nulla bonitate floret.eſt enim eiuſmodi urbs florentia.cui tanq̄ pandoræ cuidã dii oẽs ut ad poetas redeã.ſinguli bona ſingula dona dederĩt. Nihil.n. huic urbi deeſt quod ad humanã accedat fœlicitatẽ.Cæteꝝ inter roſas etiã ſunt ſpinæ.& in terra nihil eſt tã ex oĩ parte ꝑfectũ.qđ nõ aliqd hẽat qđ offendit.Equidẽ uniuerſæ ciuitati ſũ cariſſimus.Meqꝫ uiri oẽs boni ac p̄ſtantiſſimi ciues & colunt & faciũt plurimi:Nec ẽ mihi apud florentinos optandũ quicquã quod ſperare nõ liceat uix primarii ipſi ciues in rebus etiã maximis plus hñt auctoritatis quã ipſe ego.Omnes mihi gratificari ſtudent obſequuntur omnes.Nihil ab me neqꝫ mea:nec amicorum cã fruſtra petitur.Cæteꝝ quo magis ualeo apđ florẽtinos uel auctoritate uel gratia eo magis mihi cauendum eſt ne quid magni mali inuidia mihi aliquando pariat.Sũt enim aliq fucati litteris quos mea præſentia iccirco plurimum turbat quod ſperent.ſi ipſe abeſſem ſeſe in maiore aliquo p̄cio futuros. Itaqꝫ dignitati meæ clã ſemꝑ inſidiantur .Qui & ſi mihi nihil obeſſe poſſunt metuendum ẽ tamen. Nã ingenia florentina acerrima ſunt & in omnẽ partẽ ſtrenua.Quid multis niſi adhuc in proximũ annũ publico docendi quidẽ muneri eſſem obſtrictus.opera dareo oĩo tĩ inuidiæ cæderẽ & in aliquẽ tutiorem portũ ex huiuſmodi fluctibus me reciperem.Nã quãquã uniuerſa me florentina reſpu.& diligit plurimum.& facit maximi ea tñ eſt hoĩum natura:ut nõ minus pauci atqꝫ imbecili nocere poſſint:quã uniuerſa manus potentiorum prodeſſe cuiquã.Miſerentur ſane omnes. & permoleſte ferũt ſi cui bono uiro inferatur iniuria. Succurrit aũt nemo:nec id de peregrinis ſolũ uſu uenit : ſed de ipſis etiã præſtantioribus ciuibus. Sunt qui ſiccarios parauerint : per quos nicholaum guazanum uirũ primarium in repu.interimerent.Detectis inſidiis non mõ nullũ de his ſupplicium ſumptum eſt: qui ſicarios inſtruxerũt:ſed tentatum potius ut nicholaus ipſe flecteretur:q & uir grauiſſimus eſſet & in repu.potentiſſimus nam ſicarii feruntur inſtructi a duobus ſoderinis fratribus nicolao ac Thoma iuuenibꝫ ꝓtẽtis & audacibꝫ:quoꝝ pr̄ fuerat:ut uulgo dr̄:machiatore & auctor̄ ip̄o nicholao. publico iudicio obtruncatus quoniã eſſet inſimulatus iniiſſe conſilium neſcio quod aduerſus remp.Qui ergo ipſe minus mihi metuendum putem qui & iuuenis ſim.& peregrinus.& nullarum uirium cum uideam uiꝝ tãtis fretum clientelis tantis opibus tantis factionibus in ultimum ꝓpe ꝑiculum adductum : quoniam aduerſus fontis cãm ꝑſequeret̃.Nã alterius factionis princeps dicit̃ Coſmus medices uir ut ſcis florẽtinoꝝ omnium pecunioſiſſimus.Eoqꝫ mihi res uidet̃ ꝑmutua animoꝝ odia irritamentaqꝫ ꝓceſſiſſe.ut nobiliſſima hæc ciuitas non admodũ longe abeſſe poſſit in tãtis ꝓcellis ac fluctibus a triſti & miſerabili naufragio. Accedit ad hãc mali ſuſpitionem:quod hi qui liuore me atqꝫ odio inſequunt̃ ipſius Coſmi utunt̃ ueluti patrocinio. At Coſmus quãq̄ uidet̃ amãtiſſimus mei:eiuſmodi tñ uiꝝ eſſe animaduerto:qui & ſimulet & diſſimulet oĩa.Eſtqꝫ uſqꝫ adeo taciturnus ut ne intimis quidem familiaribus ac domeſticis queat intelligi. At Laurentius huius fr̄ ingenio eſt & aꝑto:& leui:cui Coſmus & ſi uir eſt grauiſſimus.tñ ut audio nequaq̄ audet aduerſari.Ego ãt neutrã pendeo in ꝑtem. Aeque omnibus morem genero.Illudqꝫ Ciceronis ſtudioſiſſime tueor.non optere ꝑegrinum in aliena republica eſſe curioſum. Cæteꝝ quoniã in naui obnoxia naufragio nemo poteſt tuto nauigar̃.ego hinc quã libentiſſime abfuerim.Duo in italia loca ſũt quoꝝ alterutrũ nõ iuitus optarẽ . Mediolanum & Romanã curiã.ſiue.n.apud pontificem maximum.ſiue apud inclitum ducem Philippũ Mariã honeſtu mihi daret̃ locus:eum non modo non reiicerẽ.ſed cæteris omnibus iucundiſſime preferrem : atque amplecterer. Tenes tu pr̄ reuerendiſſime & ſtudia mea omnia.& conſilium & uoluntatem . Quatũ mihi ꝓdeſſe poſſis.non ſum ignarus. Quantum etiã uelis iãpridem exꝑtus ſum.Quæ cũ ita ſint.clementiã tuã rogo etiã atqꝫ etiã.oroqꝫ ut huic meo deſyderio conſulas. Quicquid ipſe de me ſtatueris indubidato ꝑſequar.Opãqꝫ dabo ut tua de me opinio te nunq̄ fallat.nã neqꝫ fidei unquã deero . neqꝫ induſtriæ.neqꝫ diligentiæ. Valeat quãdiutiſſime integritas ſanctimoniaqꝫ tua pater clementiſſime.tibiqꝫ certo ꝑſuade me ita eẽ ĩ poteſtate tua.ut omnia de me tibi polliceri quæas.ex florẽtia.x.Kal.octobres.anno a natali chriſtiano.M.cccc.xxxii

Fraciſcus philelphus Thomæ Sarzanenſi ſal.

e T tuis me humaniſſimis monuiſti litteris.ſcripſi ad reuerendiſſimũ cõem patrẽ Cardinalẽ tuũ imo meũ.imo.nr̃m quæcũqꝫ honeſte tutoqꝫ ſcribi a me poterãt.Sed tecũ loq̄r aptius.q̄ tu ꝓ nr̃a uetere ſũmaqꝫ aĩcitia ita accipies tractabiſqꝫ ut magis ĩ rẽ meã cõducturã iudicabis.nemo florẽtiæ fuit unq̄ ut publice oẽs p̄dicãt ĩ quo uno ita ut ĩ me uniuerſa ciuitas cõgeſceret.Oĩum ĩ me oculi & ſermões cõuerſi ſũt oẽs me magni ducũt oẽs laudibꝫ tollũt ad cœlum Nẽo ẽ neqꝫ ex p̄ſtãtioribꝫ ciuibꝫ.neqꝫ ex ip̄a plebe q nõ mihi glorificet̃ oĩa. At ip̄e quo uideor beatior.eo mihi metuo magis.Quod ut mihi accidat.duo ſũt ĩ cã tũ ip̄a iter ſe ciuiũ ſeditio.quæ & maxima ẽ.& ꝑiculoſiſſima.ut ex meis ad Cardinalẽ lr̃is potuiſti ĩtelligere.tũ inita ĩuidoꝝ aduerſus me cõiuratio.nicholaũ nicolũ noſti.hic loq̄cior ẽ.& leuior. At Karolus arretinus ut eſt uerſuto ocultoqꝫ ĩgenio.& eo plane.ĩprobo.ita mihi clã maxĩe inimicus.Is apud medices plurimũ põt. Vereorqꝫ:ne illos obtrectatiõibꝫ ſuis & maledictis aduerſus me exulcerarit.Idqꝫ ut credã.plurimæ ſunt cõiecturæ.Quare mihi tutum non eſt inter huiuſmodi uerſari inſidias proinde cardinalem hortare.ut quã celerime poteſt.conſulat rebus meis. Tu rem paucis tenes. Vale ex florentia Kal.octob.M.ccccxxxii.

Franciſcus philelphus Ioanni auriſpæ ſal.

ille & firmus ſane & perpetuuſ eſſe conſueuit:quē tū probitatis egregiū æquitatiſq; exēplū peperit:tū peragrata placabilitas animi munificentiaq; munierit. Quis illud alcamenis dictum non iure lauda-rit qui cum a quodam rogaretur quoniā pacto regnum optime quis ſeruauerit:ſi multi ait lucrum nō fecerit. Nā neq; certe magni eſt animi admirari diuitias:ſed ſūmi potius uiri ē oīa quæ uel corpori uel fortunæ ſubiecta ſunt īfra ſe ducere. Animus.n.nobis diuinus ē ideq; ſempiternuſ. cœtera uero mortalia quæq; ſunt & ad breue tēporis curiculū duratura. Rationi ſemper nō cupiditati parēdū eſt illa.n. oſtēdit īprimis quātū nos reliqs aīantib; antecelim;. Nihil recte geri poteſt:qđ cupiditatis geratur ductu.is ſolus ī magnis uiris habēd; ē q qđ deceat qđ oporteat facit. Quod ſi qs a me queſierit:qd facere oporteat bonū pricipē:facile cōſtāterq; reſpōderim.nō ꝙ temere uulgiſ ſolet:& amiciſ benefacere & malefacere inimicis:nā id tyrānorū ē propriū:ſed qđ prudētiſſime Ariſtotille lacedemonius:qđ ſapiētiſſimus ſocrates aliquādo cōſueuit tū amicis benefacere.tū inimicos reddere amicos buſiris. Ariſtotimus:Phalaris nō amicis ſed inimicis ſoliti ſunt malefacere. At iſtos iſtorūq; oīs ſimiles iter ipſos īmaniſq; tyrānos reponimus. Auguſtus uero & C.Iuliuſ cæſar cæteriq; huiuſmodi.q ī amicos benigni & in ipſos inimicos clemētiſſimi extitiſſent.diuinos honores meruere.nō ne chriſtus ieſus hūani redēptor generis etiā pro his orauit:a quibus traditus morti eſſet. Quibus certe ipſius uel rationib; uel exēplis & ſi facile adducebar nihil de te tali ac tāto principe aduerſus meos tholētinatis uerēdū eē:qđ a ſapientia & grauitate qđ a iuſticia & æquitate:quod a moderatione & manſuetudine.qđ ab aīo excelſo ac benificio alienū fuerit.meas tamē ptes eē cēſui:ut & pro mea in te fide:& pro ea:quam patriæ charitatē debeo:qd tibi optimū factu exiſtimarē.quādoqdē preſens corāq; nō poterant litteris ſaltem oſtēderē:ſic.n.nō mihi mens fuerat:ſed ut neceſſitas atq; tēpus tulit.& uiſere te quodāmō ac tecū loqſum uiſus. Tu uelim quæq; ab me dicta ſunt ī bonā ptē dicta iterpræteris.nō.n.me tua min;ꝙ patriæ cā.ut hæc tā familiariter ad te ſcriberē.hortata eſt.nā & amo te unice.& delector mirifice tuis laudib; quas ne qua nō dicā īfamiæ ſed ne ſuſpitionis qdē labe pollui patiare.ſūmis precib; abſte te peto. Vale princeps florētiſſime.& ſi quid in me eſſe animaduerteris qđ uel uſui tibi aliquādo uel uoluptati futurū putes.id oē tibi deditū deuotūq; intellige ex ſena pridie nonas octobres.M.cccc.xxviii.

Franciſcus philelphus Leonardo iuſtiniano ſalutem.

Gnoſce breuitati litterarū mearū nā.repētia tabellarii abitio nō eſt paſſa ut tecū lōgior fuerim. Quod āt ad rē attinet.ut uera tibi renunciata ſunt de mea ad philippū ducē abitione: nō.n.ſenæ ſine piculo eē poſſū pp ſicarios florētinos qui nulla mea culpa meæ uitæ īſidiantur. Verū anteaq̄ pficiſcar Mediolanū ſū Bononiæ cōpluſculos menſis acturus. inde ad te dabo & crebriores & lōgiores litteras. Vale ex ſena idibus octobribus.M.cccc.xxxviii.

Frāciſcus philelphus Catoni ſacco iureconſulto & oratori ſal.

Eddite mihi ſunt litteræ tuæ Cato mi dilectiſſime:nō ſenæ ſed Bononie quo uenerā ad xviii kal.Februarias. Vt maturem ad uos aduentum meum non eſt in me ſed in principe iſto noſtro.qui ſi fecerit ut id mihi facere liceat per bononienſis.quibus obſtrictus ſum ad auguſtū uſq; continuo te uidebo. Vale ex bononia idibus februariis.M.cccc.xxxix.

Franciſcus philelphus Aeneæ ſiluio ſal.

T bene ualere te.& ſecundiorem tibi aſpirare fortunā letor maiorē īmodum. Quod āt ſcire cupis quid in cā fuerit ut relicta patria tua Sena ubi & pacatiſſime agebā & cōmode. iter diſcordiaram bononienſium digladiationes me receperim:Dicā tibi. Qualis quantoſq; iuidentiæ æſtus Florentie paterer præſens ipſe olim corāq; uidiſti. At ludus erat qđ p id tpis patiebar incōmodum ad eas erumnas quas quaſi alcides quidam perfert poſtea ſum coactus. Nam poſtea quā nulla aut iuris aut æqui ſimulatione perditiſſimorum hominum rabies nocere mihi potuiſſet.ad arma cōcurium eſt:paratoq; ſicario ære nō paruo:mane cum in publicam illā.quā noſti:academiā docendi gratia pgerē:ex occultis inſidiis in me nihil tale neque cauētē neq; cogitātē īpet; factus eſt Erat ſicari; togatus Florentini mercatoris more:ne poſſet agnoſci.qui educto repente longiore gladio: qui toga tegebatur:cuſpidem mihi direxit impectus. Trāiſodiſſetq; me oīno:niſi dextera manu facto pugno ī eius pectus illico magna ui irruiſſem itaq; a propoſito loco ictus ille aberans in ſiniſtrum brachiū me percuſſit omni illeſum uulnere. Elanguerat eni ictus:quoniam ille a me reiectus pugno paululū eſſet amotus. Qui rurſus ſublato gladio:quo me acie feriret in caput:in faciē me pcuſſit. Qui fuerit ſicariuſ notū ē:a quibus aūt cōductus & ſi nihil habet certi īfamia tamē ī medices reperit & Coſmū:quoniam nō ſolū eius factio mihi ſemper aduerſaretur:ſed ēt Laurētius frater eius apte multa aduerſus me ageret. Paucis poſt menſibus ob ciuilis diſcordias idem Coſmus in carcerē primo coniectus eſt. dein relegatus ad uenetos ſine alia prorſus ulla ciuium offenſione. Et ita ciuiles diſcordie tātiſper geuere.donec in poſtremū annū iis pecunia corruptis q ſūmæ reipublice præerant. Coſmus in urbē reuocatur: Tū iura diuina oīa humanaq; cōfunduntur. Optimates oēs alii relegantur alii proſcribuntur. Hinc direptiones:latrocinia.cedeſq; ſequuntur. Quæ ipſe intuens:animaduertenſq; quāto cū piculo in tanto Florentiæ naufragio forē:qui antea in ſumma:ut ita dixerim:malachia naufragus extitiſſem:ſubduxi me & ab iminētib; tātorū fluctuū uorticib; ī ſenēſiſ tue reip.tāq ī portū aliq; maxīe oportunū duolaui

Vod te mihi tã ſubmiſſe p litteras cõmẽdaris:tibiq; ut ignoſcerẽ:petieris:minime opus erat
nec.n.te latet æquanimitas mea:& q̃ ferre pfacile cõſueui hominũ iniurias.pſerti eoꝝ q ſuæ
q nõ ſũt ſpõtis Ego idẽ erga te ſum futurus:quẽ es iã pridẽ ſæpenumero expertus. hoc ẽ & hũa
nus:& liberalis.Quare quocũq; in officio mea opera uti uolueris:ſenties eam tibi nuſq̃ defuturã.tu ſi
potes aliqñ tecũ habita atq; reſpice.Vale ex florentia.xv.kal.Maias.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Cicio Romano apoſtolico ſecretario ſal.

Vam mihi ſpẽ iamp ridẽ in urbe Roma corã recepiſti.ut eã mihi pducas ad finem:te etiã ro-
q go.Nũquã mihi crede.intermorietᷣ apud me officiũ tuum.Noui bonitatem animi tui : noui ĩ
tegritatẽ.benignitatẽ pſens expertus ſum Scio nõ falles opinionẽ de te meã:Reliquũ ẽ ut ,cæ
pta perficias.Vale ex florentia pridie Kal.Maias.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelphus Coſmo medici ſal:

Mnium illud eẽ hominũ genus arbitor Coſme medices:quoꝝ artibus atq; dolis labefactatur
o ac ſoluitᷣ iucundiſſimũ humanæ beniuolẽtiæ &amicitiæ uinculũ.Nã ſi ex oĩbus aĩalibus hõ ad
ſocietatũ maxime natus ẽ:quis illũ nõ putet ab omni naturæ inſtituto humanitateq; alienum
q aĩorum caritate cõiũctos qua ſine ſocietas eẽ nulla poteſt diiũgere ſeparareq; conatᷣ . Cũprimũ flo-
rẽtiã ueni nõ expectaſti tu tãtis opibus.tanta amplitudine uir:ut te & iuuenis & peregrinus. & paucis
admodũ cognitus adirẽ prius:ut par eẽ cenſebã.id q; facere ĩſtituerã:ſed ãte uertẽs ,p tua ſingulari mo
deſtia pbenigne me adiiſti:nullumq; prætermiſiſti munus neq; benificẽtiſſimi uiri.Ego itẽ cõtra.quic
quid me erat uel obſeruãtiæ uel ſtudii:id omne detuli tibi.Neq; ſum ulla ĩ re paſſus unquam deſydera
ri abs te officiũ meum.Id certe probant cũ alia pmulta mi erga te beniuolẽtiſſimi aĩ documẽta tũ ple
raq; ſcripta mea.qbus clariſſimũ nomẽ tuũ ĩmortalitati apud poſteros cõmẽdaui.Quod.n.maius mu
nus ,pdire in te potuerit pſeuerauit ſp æquis ut ita dixerim lancibus citro ultroq; beniuolẽtia nr̃a do-
nec ob peſtilentiæ uim qua uniuerſa hæc ciuitas cœperat laborare . Veronã tuende ualitudinis gratia
cum tota familia cõcæſſiſti. Vtinam ea omnis morbi contagio florentiæ muris tanquã labyrinto quo
dam ſeſe occluſiſſet neq; longius peſtiferum uirus ſuum emiſiſſet.Sed longe ſecus uidere uidear acci-
diſſe.Duo.n.te ſunt ſecuti quoꝝ animus oĩ ẽ peſtilentia peſtilentior.Nicolaus Nicolus.& karolus are
tinus. Hoꝝ tu conſuetudine uſus minus tibi cauens.ea es peſtiferi morbi contagione uſq;adeo inter-
ceptus:ut iã tuæ ſpontis haud eẽ uidearis.ſed perinde atq; in ptãte poſitus aliena.ea ſi minus facias : ut
aſſentiaris oĩa quæ aſſentatores ſeuiſſimi:ac facinoroſiſſimi nebulones uoluerunt. An es oblitus Coſ
me medices.quæ mihi olim reſpõderis ante tuã in urbẽ Veronã ,pfectionẽ:quo tempore apud te que
rerer & de Nicolao Nicolo & de Karolo aretino:qđ mihi clã detraherẽt.qđ multa aduerſus me cõfli-
gerent:qđ nihil aliud ſtuderent:nihil molirentur accuratius quã mihi incõmodare atq; nomẽ obſcu-
rare meũ. At ea tu ſane leniter reſpondiſti atq; ſubridens.nõ oportere inquiens mirari me:nec egræ
ferre Nicolai Nicoli dectrationẽ:eo enĩ eẽ hoĩem ĩgenio ut neminẽ doctum uirũ reliquat ĩtactũ mor
dacitate ſua.quiq; ne ſoli quidẽ ipſi parceret:utpote qui & Manuelẽ Chryſoloram ſapientẽ & ſummũ
illũ uiꝝ barbam pediculoſam adhuc ſp nominet:& Ambroſiũ monachũ:cui magis affectus ẽ:q̃ ,pprie
animæ:attonitũ p cõtumeliã uocet.in Leonardũ autẽ arretinũ qualẽ ſe præſtiterit:ipſius Leonardi in
eã inuectiua teſtimonio ẽ.Quid.n.cõmemorẽ aut Guarynũ.aut poggiũ aut Auriſpã quos quottidiæ
maledictis inſequitᷣ.Quo qs doctior ẽ:aut eloquẽtior aut eruditior aut melior uir:eo magis Nicolai cõ
uitiis & opprobriis ẽ obnoxius.Quare tibi ſubdidiſti nõ mõ nõ ẽ dolendũ ſed letandũ potius:qđ in ni
colai maledicẽtiã incideris.nã quanto is te magis uituperabit:tanto apud grauis illuſtriſq; uiros lauda-
bilior ſis futurus.De karolo autẽ quod expoſtulas nolẽ tibi materiã expoſtulandi datã:idq; magis eius
quam tua cauſa.Nã ut tibi ille nihil obeſſe poſſit.cũ nullã in ciuitate auctoritatẽ habeat:ita ſibi plurimũ
nocuerit ſi Nicolai ueſtigia imitabitur.Hæc tu mecum familiariter & perhumane locutus es . Meque
es hortatus.ut omni in re & te:& tuis rebus omnibuſq; non ſecus atq; mei uterer.Te enim omni in re
ſp adfuturum mihi.id quod tu certe facere nunquã deſtitiſti:ante eam ſcilicet.quam modo dicebã ue-
ronenſẽ ,pfectionẽ.Te uero abſente ab urbe :ſum omnia in republica quæ uolui & facile:& honorifi-
ce conſecutus:Vbi autem florentiam reuertiſti iidem Nicolaus & Karolus maiore quadam audacia ad
uerſus me agere ſunt aggreſſi.Nã tuoꝝ & clientiũ & neceſſarioꝝ muniti factione:tm̃ efficere potue-
runt:ut publicã doctorũ omnium ſalaria diminuerẽtur:opinati hi ſane:ſi mihi quoq; ex publicã merce
de ſubtraheretur:fore:ut ipſe neceſſario cogeres abire florentia:ut qui ſine magno ſalario uir:qui par-
cere pecunie.nunquã didiſcerim:florentiæ ,p dignitate uiuere nullo pacto poſſem.At hic uidere tu coſ
me pſpicue potuiſti:q̃ uniuerſa ciuitas me diligeret.Diminutionẽ illam conſtitutæ pecuniæ doctores
omnes tuorum opera aſſẽſi ſunt:ſiue id arte: ſceu uero fuerit factũ.Solus ipſe rei indignitatẽ nõ admi
ſi.Qui mihi incõmodaſſe arbitrabantur:læti atq; exultantes p urbẽ ferebantᷣ:putabant homines ſtul
tiſſimi noto ſe potitos neſcientes eẽ uirtutẽ deniq; apud omnes uenerabilem:& eam eſſe uim eloquẽ
tiæ quæ in liberis ciuitatibus plurimum ſemper ualeat.Nondum ſecundus præterierat menſis:ex quo
p dominos & collegia:conuocatis:doctoribus præmia fuerant diminuta:quum ipſe ueni in ſenatum :
uſi quum pro re mea orationem habuiſſem & moderatã & ſimplicem:conſurexere nonnulli familia
res:& amici mei & qdẽ ẽt ſanguine coniuncti:in quibus erat iulianus medices. Auerardi patruelis tui

filius.Hi ſane omnes aperto marte contra poſtulata mea perorarunt:quantum potuerunt acrius ma-
giſq; appoſitæ Tum ego coactus ea neceſſitate.quam mihi res atq; ratio afferebat:nulla item circuiti-
one uſus:ita egi cauſam meam ut non modo qui erant pro repu.& decoro:ſed tui etiam omnes ꝑ me
occulta ſuffragia rediderint.Nam cum omnes in eo ordine ſint ſeptem ac triginta in reddendis ſuffra-
giis:pro mea cauſa fabæ nigræ quattuor & triginta ſunt repertæ.Qui quidem bene ſentientium ani-
mis ac fauor & ſi mihi fuit honorificus.cauſam tamen præſtitit inimicis:ut ſe magis ad nocendum ex-
citarent:non multo enim poſtea ambiendo:quærendo incuſando:monendo.adhortando per omne
humillimæ ſubmiſſionis munus tantum ſibi apud tuos ſtudium uendicarunt:ut ſimulatione utilitatis
publicæ:uiri quattuor ut ſcis declarati fuerint quibus præcipuum ius eſt permiſſum ad moderandam
publicam omnem impenſam Hi uero omnium primum ſalaria cuiuſq; litteraturæ & diſciplinæ ut ré
inutilem & indignam omnino abrogarunt.cum dicerent non eſſe tempus diſcendi ſed belli geren-
di.Quæ quidem res & ſi omnibus bonis ciuibus uiſa é indigna.tamen quia animaduerterent eá pro-
bari atq; laudari a tuis omnibus.quieſcebant etiam ipſi ne in tuenda reipu.dignitate.aliquid paterent
indignum.Solus hic philelfus in tam florenti:in tam magnifica urbe inuentus é qui cauſam non publi-
cam minus quam priuatam ac ſuam & ſtrenue amplecteretur & fortiter. Nam prouocatione uſus
ad ſapientes ciuitatis:qui uocantur:abrogatio ea omnis ſapientibus ipſis ꝑ uiſitata a priſcis uſq; annis
conſuetudine demandatur publico decreto. At ii ut erant uiri grauiſſimi atq; optimi re mature & q̃ di-
ligentiſſime me cognita quod quattuor illi uiri de impenſa ſtudii litterarum diſciplinarumq; liberaliũ
abrogarát uanum eſſe atq; fatuum decernentes non me ſolum:qui procraram ſed etiam reliquos do-
ctores omnis priſtinæ dignitati atq; emolumentis cum ingenti totius ciuitatis læticia ac plauſu reſti-
tuerunt.Tum inuidentium animi ardentioribus irarum ignibus inflamati:non clam ut antea.ſed palá
& tanq̃ aperto marte in aciem prodeuntes dictitare minitariq; cœperunt nõ oportere poſtac uti ma-
giſtratuum adminiculis aut alicuius obtentu iuris:ſed armis potius & cruore:cum ſubderent turpe eé
principem ciuitatis ab homine peregrino totiens ſuperari:At quem uocát illi principem ciuitatis coſ-
me medices:ſi te unum illi non uocant:quem alium poſſint:intelligo neminem. Nam & uiri nobiles
cæteri ſemper mihi fauerunt.ac fauent & populus uniuerſus me plurimum diligit.Tui uero ſi per te li-
cuerit:non modo mihi non ſint aduerſi:ſed maxime omnium propitii:id quod ex ocultis ſuffragiis qñ-
q; patuit.Quod ferrum aũtem cruoremq; minentur nulla ratione adduci poſſum:ut credam te paſſu-
rum:ut quiſquam potentia tua frœtus tantum ſcelus:tantum facinus audeat machinari.Nam ſine cõ-
ſenſu tuo pugna ſit aquile a gracculis inferenda:Non enim iſtos pluris facturus ſim quam pygmeos.
Hercules ad hæc certe uelim tecum animo uolutes:quid in Nicolao & Carolo præcipuum uides q̃ ꝓ-
pter abſte mihi præferendi ſunt.Num ingenium:num doctrina:num eloquentia:num morum elegá-
tia:num uitæ integritas Quod ſi non ita frequento ædes tuas:ut iſti quottidie faciunt.id occupationi-
bus meis dato:Scis enim publico docédi muneri ſatis me facere oportere.Præterea pudor uitæ para-
ſitum me eſſe non ſinit.Non blandiri:non adulari:non aſſentari unquã didiſci.Si quid me uelis facere
tua cauſa modo me feceris de tua uoluntate certiorem factum puta.Nihil profecto fruſtra iuſſeris.&
priuſq̃ ueniſſem Florentiam.diligebam te plurimũ.Et florentiam poſteaq̃ ueni in hanc uſq; diem nul-
lũ prætermiſi unquã officiũ amoris ſummi erga te mei.itaq; rogo te atq; obſecro.ne patiaris cuiuſq̃ i-
uidétiam plus apud te ualere:quam meam in te fidem & obſeruantiam. Vale florentiæ Ex edibus no-
ſtris.Kal.Maias.M:cccc.xxxiii:

Franciſcus philelfus Ambroſio monacho ſal.

E re mea te multũ habuiſſe ſermoné cũ uiro clariſſimo Coſmo medice:& cũ de me amiciſſi-
d me ſentire uæhementer gaudeo p̄ſertim cũ tibi ut ſcribis:ſanctiſſime receperit:mihi non mõ
nõ eé formidádũ mali qcq̃:ſed ne cauédũ qdé.Nõ enim poterá ſubuereri:ne qd aduerſus me
inſidiaꝝ íſtrueret.Verum miror:quid Laurentius Coſmi frater quotiens in me incidit ſp obliqua fa-
cie: ſalutatuſque a me reſpondet omnino nihil.Sed quoniam Coſmi fide debet mihi certius eſſe nihil
aliorum mores feram equo animo:De Diogenis autem Laertii uerſibus quod perturbare expoſtu-
las:ne mihi ſuccenſeas rogo.Nam partim occupationibus meis partim animi moleſtia ob continuas i-
uidoꝝ in me íſidias:factus é:ut uerſus illos latinos facere:ut iuſſeras.diſtulerim in hanc diem.Sed ge-
rá ꝓfecto moré uoluntati tuæ:idq; propediem.Diodorum ſiculũ ad te dedi. Vale Florétiæ.Ex edibus
noſtris.vi:nonas Maias.M.cccc.xxxxiii.

Franciſcus philelfus Bornio ſalæ iureconſulto ſal:

T te & uniuerſam familiá tuá ímo noſtrá ualere ꝓbelle:libenter accipio.atq; Deũ oro ut ita q̃
e diutiſſime habeas.De me auté quod ſcire cupis:in fretu nauigo ſiculo inter ancipites æſtuan-
teſq; ꝓcellas:& turbulentiſſimos fluctus.Exiſtimará Bononiá ſolá ciuilibus factionibus diſſi-
dere.Sed florentia lõge magis diſcordiis & ſeditiõibus feruet Utiná huc aut ueniſſem nũquá aut abire
liceret ꝓ dignitate.Sed nautrũ mihi integrũ eé uideo.Nuncius mihi fuit impediméto quo minus tibi
potuerí oía explicare.ignoſce:ac Vale ex florentia.v.nonas Maias.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Franciſco barbaro ſaluté

a Ccepiſſe te mihi nõ cõmode eé Florentiæ:ita eſt ſane ut accepiſti.idq; quod recte auguraris

nulla mea culpa. Ad uos autem redire nundum mihi eſt integrum. Quum licebit faciam te meis litte ris certiorē. Nam totū hunc annum. id quod permoleſte fero: obſtructus ſum reipublicæ florentinæ. Occupationes meæ faciunt ut tecum hoc tempore longior eſſe nequeā. Vale ex Florentia. v. nonas: Maias. M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Leornardo iuſtiniano ſalutē.

l Audari abs te uiro amiciſſimo eodemq́ & ſapientiſſimo & optimo conſilium meum: q̄ me tādē ex urbe florentina tāquē ex officina ſicariorum eripuerim: nō debeo non lætari. Ac feci id ſane tempeſtiue. Nam ſi ad redditū Coſmi medicis in tanta gladiorum impūitate cōtinuiſ ſem me Florentiæ actum eſſet & de muſis & de philelfo: Si enim qua tempaſtate minus uirum hēat. Coſmus īpune ſiccarius ē paratus qui me trucidaret. quid factum tum foret: quo tempore eiectis om nibus uiris optimatibus. omne ius reipublicæ ad unum Coſmū delatum ē. Sum autem nunc ī Senæ in ter humanos atq́; bonos uiros: Apud quos mihi conditio ꝑ temporum fortuna ſatis honeſta eſt. Sol uuntur enim mihi quotānis ex ære publico aurei quinquageni ac treceni. quadrigenti quinquaginta ī hūc annū mihi Florentiæ fuerant cōſtituti. Sed malo minorē pecuniā q̄ete & ſine uitæ diſcrimine. q̄ multo maiorē inter gladios: & uenena. Vhe urbi illi: q tanto ampliſſimoꝝ ciuiū ſplendore orbata eſt. Quod aūt me ortaris: ut ad uos me recipiam: conſilium de me tuū: & ꝓbo: & laudo: id qđ ēt ſequar cū honeſte fieri a me poterit. Nūc enim aut licet Nam benignū Senenſibus ſum obſtrictus. Vale. ex Sena pridie Kal. Februarias: Anno a Chriſti Natali. M.cccc.xxxv.

Franciſcus philelfus Leornando aretino ſal.

l Apus Caſtelliunculus auditor & familiaris meus renunciauit mihi tuo nomine ābitionē iſtic meā & ꝑmoleſte tuliſſe te: quoniam priuatus eſſes iucūdiſſima nr̄a cōſuetudine: & rurſus ꝓba re. quia iſtic eē non poſſem ſine certiſſimo uitæ periculo: adeo quoſdam animaduertas inui diæ flāinis aduerſus me indies magis adq́; magiſ æſtuare. Vtrūq́; certe quod mihi ſignificaſti: ꝑſefert ꝑ ſpicuū argumentū ſingularis tuæ beniuolentiæ erga me. At ego ſane mi Leornardæ quāquā libenter agebā Florentiæ cū ob alias pleraſque cauſas: tū etiā propter te erudiſſimū & optimū Viꝝ tñ eo ma gis æquo animo Florentia careo quod inter iſtos flores multæ uiperæ deliteſcunt & ē quidē ueneno ſæ ac peſtiferæ. Nec enim te latet quanta moderatione animi quanta etiam patiētia ſp̄ tulerim inimi corū inſidias. itaq́; ne ſp̄ īpendēti naufragio ſubiacerē: ex iſtis quottidianis & turbulentiſſimis fluctibꝫ in ꝓximā Sene urbis ſtationē hanc me recipi: ubi tādiu futurus ſum donec aliquis fecundior flatus ī tu tiorem portum aliquē me cōuexerit. Nam ne hic quidem ſatis tuo me agere poſſe uideo ꝓpter iſtoꝝ ꝓpinquitatē. quibus uitam meam odio eē animaduerto: Sed hac de re ſatis. Tu uelim me facias certio rem de oī tuo ſtatu. Vale ex Sena. iii. idus Aprilis M.cccc.xxxvi

Franciſcus philelfus Albertho Zancario ſal.

e T recte tu qdē mi Alberte & ꝑamice facis: quod de me nunquā deſinis aliquid cogitare. & age re qđ honorificū mihi & fructuoſum ſit. Conditio quā mihi ꝓponis nomine tuæ florentiſ ſimæ reipu. talis ē ut non mō nō improbē ſed & probē potius & laudē. coeterum breui reſpō debo tibi Vale. ex Sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvi.

Franciſcus philelphus petro perleoni ſal.

ſ Ilentiū tuum tibi diuturnam tanquam inuſitatum ſuſpitionem mihi affert neſcio quā. Itaque ſi tibi bene eſt ut & opto & uolo: ſcribere ad me quāprimū: quo tecū una gaudeā. Si ſecus eſt: id quod minime omnium uelim: ſcribe etiā mihi: quo tibi cōſilio ſaltē prodeſſe poſſim: Va le. ex Sena pridie idus Apriles. M.cccc.xxxvii.

Franciſcus philelfus Ioanni Franciſco Gallinæ ſal.

c Vm ſuperioribꝫ diebꝫ ſplēdidiſſimus eq̄s auratus Petrus michael ſenenſiū legatus iſtic ſenā re uertiſſet. Barnabas humanus ac modeſtus iuuenis: qui cum illo Mediolāum petierat: mihi uer bis tuis renunciauit bono ut eſſem animo ac fiducia. Fore enī ut ad pauciſſimos uſq́; dies tua & humanitate & opera quod maxime ſp̄ concupiueram atq́; exoptatam tādem aſſequerer. Pergratū eſſe deſiderium ſtudiūq́; meū magnanimo iſti inuictiſſimoq́; Principi fuit profecto mihi huiuſmodi nūcius iucūdiſſimus. Expectaui igit̄ cōpluſculos dies rurſuſq́; expectarem: ſi uel per inimicorum Florē tinorūq́; inſidias: uel per calamitates temporum liceret. Sed uides tu. quanta arte: quibuſq́; conatibus perditiſſimi & facinoroniſſimi homines. qui Florentiæ tyrannida nunc gerunt. cum aliis uiris optima tibus ꝓſcriptis omnibus: tum mihi imprimis uitam eripere moliuntur. Quod eo facilius ſibi factū fo re arbitrant̄ quo pp̄ loci ꝓpinquitatē me oportuniorē hēnt ī quē deſeruiāt. Mouet me ſecundo loco nō minus aeris īclemētia: quæ in dies magis atq́; magis cū multoꝝ ꝑnicie & interitu īcrebeſcit crude ſcitque: Fuerit igitur hųmāitatis tuæ ut quod mihi iāpridē hac iter faciēs corā receperas: nuperq́; uel nixius cōfirmaſti: iā tandē ꝑſoluas. Nā quāquā munificētiſſimus iſte Princeps q̄ plurimis abundat & prudentibus & eruditis uiris. tamen fideli & innocenti deeſt nemini pōt apud eū locus. Atq́; ſi īs unus eēm q ꝓ uolūtate iter capere atq́; expedire poſſem aduolaſſē ad uos iāpridem. Sed quæ alii uoluptatē

afferre conſueuit:familia mihi hoc tẽpore ſollicitudini eſt.Nam neq̃ hanc deſerere debeo:neq; mecũ
ſine certa ſpe poſſum adducere.At ne dubitẽ qdẽ:ſi qd accuratius elaboraris.futuꝝ:ut & q̃ primũ &
recte huic meæ pientiſſimæ uoluntati tuo beneficio mos geraẽ.id ãt æque te uellẽ ꝓ tua humanitate
ac poſſe exploratiſſimũ habeo.Proinde reliquũ ẽ:ut curiculo tranſigas:omninoq; cõficias:qđ cœpiſti
Hac una re me tibi ſũmo & ĩmortali munere deuinxeris:& animũ in te meũ non ĩgratũ experiere pu
det me ꝓfecto hac de re pluribus ad te ſcribere.ne de tua uel beniuolentia in me uel beneficentia er-
ga omnes diffidere uidear.Sed q̃ me urgẽt:intelligis.Rogo te ẽt:atq; ẽt:ut quicquid in me officii colla
turus.es ãt plurimũ breui id conferas:& cũ primũ facultas datur.Facultatẽ uero nõ minus conſiliũ et
induſtria quã aut tẽpus offerat:aut locus.Et hac de re ſatis.Erit cũ hiſce litteris ſatyrica quædã exhor-
tatio:uerſibus a me ſcripta ad inclytũ iſtũ principẽ pro Genuẽſis & exulibus Florentinis.Hãc uelim cu
res:is aut intelligat:aut ſaltẽ uideat.Nec enĩ dubito quã uiderit:daturũ ẽt operã:ut intelligat.Vale ex ſe
na idibus aprilibus.Anno a chriſti natali die.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus Philelfus Antonio Panormitæ ſal.

Erentiũ quẽ eẽ apud me uoluiſti.illi ad te dedi:cui tu ꝑ litteraſ dari iuſſeras.Lucretius quẽ tan-
t topere flagitas:ſi meus eẽt:cõtinuo ad te iret.Sed de re aliena irrequiſito domino:nihil mihi
agendũ exiſtimo:at non requiſiui mõ:ueꝝ ẽt rogaui.atq; oraui dominũ eius codicis ut ſineret
me in re ſua liberalẽ eẽ.Saxei ẽ capitis ac plane inexorabilis.Nullo pacto induci poteſt ut Neapolin lu
cretius nauiget:ueritus ne qui ob populum amatorium fuerit:rurſus ſirenis Parthenopes beneficio in
ceptus:inſaniat:Vale ex ſena.iii.idus octobres.M.cccc.xxxxvi.

Franciſcus philelfus Petro perleoni ſal.

Vas unas dediſti ad me litteras:eo iucundus lectitaui:quo diutius eas deſideratã.Et ut que ti
q bi ſecus ac uolueras acciderunt merore me affecerunt:ita quæ ex ſententia contigerũt.miri
ficã mihi uoluptatẽ attulere.Deus tibi cœpta in dies magis magiſq; ſecundet.Tu interim fa
cito ne tibi ipſe defuiſſe uideare.Dicteria Plutarchi ad Troianũ Cæſarẽ quæ in latinũ uertimus:ꝓpe-
diẽ dabo ad ioãnẽ Corneliũ hõinẽ clariſſimũ:& cũ his orationẽ quoq;.& acrẽ.& longiuſculã mittã ad
te:& qdẽ talem qualem non Poggius modo:ſed Coſmus etiam ipe medices,multo magis doliturus ſit
Nunc uero ad id:qđ petis:Cupis tu quidem a nobis ſcire:an lachryma aſpirationem admittat.Reuoca
tus nos ad grãmaticos.Mos tibi tamen gerendus ẽ.Si naturæ rationemq; attendimus:nulla cõſonans
in latinis dictionibus aſpiraẽ:Fecit tamen doctiſſimorum hominũ cõſuetudo:idq; iampridẽ:ut quo-
rũ uerboꝝ conſonantes aſpirationem reciperent:ut inchoare.pulchrum:ſepulchrum lachryma.Et id
ſane ob eã rem factũ exiſtimo:quo eiuſmodi conſonans uæhemẽtius ſonet.Tametſi inchoare ſi a cha
os deſcendit:id qđ non ab re dictũ a quibuſdã puto:ab ſua ipſius origine aſpiratiõnẽ ſeruat.Quod aũt
omnes dictitare iſtic quoſdam non lachryma eẽ apud.A.Gelium:ſed latrina:& ita quodam in codice
legiſſe te:ꝓfecto codex ipſe latrinarius quiſpiam ẽ:Nã hi oẽs quotquot in tuſcia ſunt.Gelii codices.hñt
lachryma non latrina:qui & emendatiſſimi ſunt:& iſtorum omnium:ut ita dixerim:parẽtes.Præterea
duo me ad hanc rẽ plurimũ mouẽt:qđ & Romæ in quodam uetuſtiſſimo monumento:& in illo meo
quẽ noſti:de natura deorũ antiquiſſimo Ciceronis codice lachryma & cũ aſpiratione & per.y.tenue
ſcriptum aduerti.Quo fit:ut etiam græcũ eẽ nomẽ:hoc ẽ a græco ductũ qđ illi δάκρυον.uocãt neq̃
quam dubitem.qđ autẽ.d.in.l.mutata ſit:nihil ẽ:qđ miremur.Nam &.l.in.d.& rurſum.d.i.l.plærumq;
mutari inuicẽ cõſueuerũt.Quippe & μελέταν meditari dicimus & allido ꝓ adlido:& mediuſfidius
pro eo qđ ẽ ꝑ iouis filium.Videmuſq; apud uetuſtiſſimos latini eloquii auctores nõnunquã lachryma
pro lachryma uſurpari.Nec id ea ratione:qua optimus & maximus ꝓ optimus & maximus dicitur ſed
potius ut funga pro φυγά tu pro τύ mus pro μῦς:ſuis pro σῦς:thus pro θύος:& id quidem orienſium
more q.p.y.ꝓferre.u.cõſuerũt.q̃uis placuerit & Varrõi & Priſciano nomẽ hoc ñ a greco.ſed latio uer
bo qđ tundo ẽ deriuari:cupientibus iis quidẽ ut exiſtimo.blandius hac uia latinis uti:qbus admodũ gra
tificari uoluerunt.quaſi noſtris etiam armis ius noſtrum tueri poſſumus.Si qs autem miretur cur la-
chryma aſpireẽ:cũ δάκρυον ſit in aſpiratũ:repetat memoria ipſe ſecũ ẽt ἄγυρα καὶ τρόπαιον καὶ
ἄπυος apud græ.nõ aſpirari.At anchora:& trophæũ:& phytius apud nos uulgo aſpiranẽ.idẽq; & i
Horcus:& in lurcho intueri licet.ὄρκον.n.nũq̃ aſpirãt græci:nec itidẽ.λάρκος:qđ ẽ cophini genus
unde lurcho deductũ ẽ.Fit id inq̃ ſæpe ut ualẽtius ſonet dictio.Nec in cõſonantibus ſolum ſed in uoca-
libus quoq; inuenias idem obſeruatũ.ſic mihi dictũ ẽ.ſic hænũ ſic allucinari ſic hõus:ſic hõuſtus.qđ tñ ꝑ
multi uolunt nõ ab honus:ſed ab honos deſcẽdere ſic helluo & helluari:qđ ab edo manat:ſic uehœmẽſ
qđ ex uæ & mens cõponi arbitror:tametſi uæhemens eo quidam dictum uelint:quo uæhatur eminẽ-
tius.Permultaq; hmõi inueniri licet quibus eruditiſſimoꝝ uſus:qui ipſe rationem ſfaciat aſpirationem
ſuo quodam iure addiderit:itaq; nõ eſt mirandum trahere & uæhere aſpirari.Fit enim nõ ſolum diffe
rẽtiæ cã:ut quibuſdam uidetur:ſed etiam magis ut augumẽto ſpiritus ſonantius proferantur:ſicuti eti
am in prehẽdẽdo.uæhemens.aha:uaha.ohe.& in ſimilibus patet.Nam cohors a cohortando dicit:ni
hil uero ex ni:& hilum compoſitum ẽ.ſed de his hactenus Quod de ſtatu noſtro certior fieri cupis:en
accipe.Nos hic ualemus recte & cõmode.ſane & quam honeſtiſſime agimus.id unum ẽ:quod uirtutẽ
ocioſam eſſe non fiat:Quottidie puccini homines impuriſſimi per uenefic os ac ſicarios uitæ no-

ſtræ inſidias tendunt.Ego autem nõ modo intrepide me cõſtãterq; defenſo ſed omni etiã cura & induſtria molior & efficio:ut permagno ipſi detrimento perniecieq; premantur ac extremo cõficiãtur exitio.id quod breui diuina benignitate futurũ ſuſpicor.Qua in re illud me unice perturbet. Venetos iuſtiſſimos ſanctiſſimoſq; uiros:quibus oĩa iure debeo.puccinorũ ſocios appellari:ſi qua fortaſſe rationi & cõſtãtie cũ temeritate & furore:ſi fidei cũ perfidia:ſi pietate cũ ſcelere eſſe ſocietas ulla poſſit.uale ex ſena idibus ſextilibus.M.cccc.xxxvii.

Franciſcus philelphus Leonardo iuſtiniano ſal.

n Eſcio quo tandem iure te adeo offirmaris.ut cõtra omne uel amicitiæ uel humanitatis ius meos mihi libros ac ueſtis non reſtituas.Tue enim iuſticiæ fuerat:qui te iuſtinianum cognomines ut que apud te deſpoſueram tuæq; fidei cõmendaram:mihi pro tua fide tuaq; innocentia reſtitueres.Quare te hortor & moneo:ne me diutius uana ſpe ludas:ne iniuria me afficias: ne me ueteris amicitiæ noſtræ obliuiſci cogas.uale ex ſena idibus ſextilibus.M.ccccxxxvii.

Franciſcus philelphus Lapo florentino ſal.

p Etis a nobis:qui apud homeꝝ uerſus ille intelligatur:quo agamẽnon ueluti conuitio a chalchãte acerbiꝰ laceſſitꝰ reſpõdet βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι Dicis enim Ambroſiũ monachũ ita interpretatũ.uolo ego populũ ſaluũ eſſe aut populum perire.Et inepta hæc, ſane interpretatio eſt & falſa.Subdis carolũ codrũ ĩterpretatũ aliter quippe qui ab Ambroſio diſſentiens ita expoſuerit:uolo ego populũ ſaluũ eſſe aut me ipſum perire. Et inepte is rurſus & praue.Erat aũt uterq;:At ne id quidẽ mirũ.Non.n.litam.is omnis error eſt inde quod illius dictionis ἤ ſignificata nõ norunt.ſignificat enim uel:ſignificat an & hæc quidẽ uulgo:ſignificat item.Quam pro ut eo in cõparatiuis aduerbio utimur Et queadmodum apud nos Quam ſignificat interdũ & non ſic etiã hoc loco ἤ cũ tenui ſpiritu & accentu graui ſignificat & nõ:reſpondet enĩ agamẽnon uelle ſe.populi ſalutẽ & non perniciẽ atq; interitũ.Quod quidẽ ſi minus Philelphi auctoritati ſtare decreueris:& apud Ariſtarchũ:& apud Ariſtotelẽ:& apud porphiriũ cõmẽtatores in illiada eoſdẽq; diligentiſſimos:doctiſſimoſque uiros perdiſcere plane queas.Queris ſecũdo loco:an ἀεὶ aliud quã ſemper ſignificet.Nã eoſdẽ Ambroſium & Carolum affirmare eã dictionẽ aliud prorſus nihil quã ſemp ſignificare.At inueniſſe te plerunq; apud Thucydidem eandẽ ipſam dictionẽ ἀεὶ quæ eiuſmodi ſignificatũ recipere nullo modo poſſit.Recte tu quidẽ dubitas.ſignificat enim non ſolũ ſemper ſed quãdoq; diu ut Homerus ἔχον κότον ἔμμενες αἰεί. Et ſophocles ἐλέλοιπ' ἐκεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεσώσας.hoc eſt diuturnã ſenectutẽ diuturnã uitã.Quãdoq; autẽ ſignificat uſque unde Thucydides in prohœmio οὐ τῶς μὲν οὖν μοι χεῖρ ἀεὶ λόγοις τείνει. Quas equidẽ eaſdẽ ſignificationes ĩuenies uſq; apđ nos habere.uale ex ſena pridie nonas ſeptẽbres.M.cccc.xxxvii

Franciſcus philelphus Ambroſio monacho ſal.

r Eddite mihi ſunt tue littere:quas uidi libenter & legi libentiſſime. Quod autem ſignificas meas ad Lapum litteras florentie interceptas incidiſſe in manus tuas : & in his lectitaſſe te meã in exponendis dictionibus quoſdã græcis ſententiã quã minime reprehendas:ſed eam in cõuicium agerrime tuliſſe.Fateor litteras a me ſcriptas:& eas dictiones expoſitas.Quod ãt conuicium putas cauillum fuit quo propterea ſum uſus:animaduerterẽ:quã æquo animo laturꝰ eſſes:quod uel in re ac uero dici mordacius inte poſſet.Non igitur uitio des ſi ego ſummis iniuriis:& contumeliis laceſſitus:familiaribus iſtis tuis orationibus & ſatiris par pari ut dicitur retulerim.quod aũt polliceris te meum & eſſe & fore gaudeo.Nulla in re fruſtra deſiderabis officiũ meũ.De Coſmi Medicis ĩ me animo nihil eſt quod minus credam.Nam quam me ſit exoſus iampridẽ expertus ſum.iſtius in me beniuolentiam philippus Sicarius declarat.itaq; de reconcilianda gratia mihi poſt hac uerbum nullum facito:Sicis ipſe uenenis utatur.Ego autem ingenio & calamo.uale ex ſena Kal.Octobribus

Franciſcus philelphus Ambroſio monacho ſal.

p Aucis reſpondebo tuæ prolixiori epiſtole.Ego amicitiam Coſmi medicis nolo. inimicitias contemno.Nam & infenſi animi ſimulata beniuolentia nihil eſt pernicioſus.& ego ita prudentie armis muniui me ut nullas inſidias pertimeſcam. uale ex ſena.v. idus Decembres M.ccccxxxvii.

Franciſcus philelphus mediolanenſium ac Ligurum principi Philippo marie Anglo ſal.dicit plur.

s Unt qui alexandrum regem macedonia magnum illum eo magis laudandũ cenſeant:qđ alium neminem neque uiderint:nec audierint:nec legerint quẽ ulla cũ illo liberalitatis ac munificentie uel magnitudine uel ſplendore cõparandũ eſſe arbitrentur.Et profecto nulla omnino alia uirtus eſt:quæ magis ſummis uiris ſingularẽ hominum beniuolentiã paret ac ſeruet:quam oportuna quedã & eximia benificentia.quod quidem propterea fieri exiſtimo: quia tãta ſit pſtãtis huiꝰ diuineq; uirtutis raritas:ut uix tãdẽ rariores phœnices putent ſi qs tãdẽ phœnix eẽ poſſit:atq; q̃to aliqđ ĩ bonis rariꝰ ſit:tãto ẽ pulchriꝰ.tãto admirabiliꝰ.tãto cariꝰ.Cogitãt igiť q̃ te mihi

& ímortalis tuas inauditaſqꝫ uirtutes animo uoluntati non ſolũ Alexander ille omniũ litteris atqꝫ ſer
monibuſ celebratus plane abſoluere:ſed omnis etiã humani generis memoria:omnis etas uidetur idi
gna:que cũ illius tecũ excellẽtie laudibus conferaᷓ.ut enim reliquas uirtutes tuas:que multiplices ſane
& obſtupende ſunt oẽs in preſentia omittã.quãtum hac iſta illuſtri munificentiſſimi regaliſqꝫ animi
tui preclaraqꝫ uirtute mortalis ceteros ſuperes:atqꝫ longiſſime ante eas:ſatis ſuperqꝫ teſtantur incliti
Aragonũ reges & tot pretærea ac tanti illi:& ex utraqꝫ Hiſpania:& ex italia.& ex Scicilia principes iui
ctiſſimiqꝫ duces:quos ad Galeã nuper una felici illa & maritimi & tereſtris prelii formidabiliqꝫ uicto
rie in triũphũ egeras:imo cũ in triũphũ agere non ſecus poſſes:quã deberes:nõ modo non egiſti:ſed
his honoribus:& ſplendidiſſimis.muneribus cumulaſti.quibus nihil eẽt illuſtris:nihil magnificentius
nihil deniqꝫ regalius.Adeo ut qui ſeruitutem perpetuã iure optimo meruiſſent:nõ mõ ſe liberos tua
benignitate:ſed multo maioris potentioriſqꝫ factos intellexerint:quã unquã antea fuiſſent.Quis igiᷓ
fuerit ita ſaxeus:ita ferreus:ita omnis humanitatis itaqꝫ ſenſus expers.qui minus iiſce te laudibus pro
ſequendũ exiſtimet.que & inuſitate ſint & apprime imortales.Sed quid nunc præterita quid aliena
cõmemoro:ea preſertim que & multa dicendi uolumina expetunt:& de quibus nulla gens.nullæ litte
re.nulla poſteritas cõticeſcet? De meipſo habendus eſt ſermo:hoc ẽſt de precipua facilitate erga me
tua liberalitateqꝫ ſingulari.Reddite enim mihi ſunt ad tertiũ idus quintiles perbenignæ littere tuæ:q
bus tũ debitã meã erga te fidẽ atqꝫ obſeruãtiã magnifacis:mirificeqꝫ extollis tũ ut ad te ueniã ac muni
ficẽtiã tuã preſens experiar:ꝗ humaniſſime inuitas quã ſtudioſiſſimeqꝫ hortaris.Que res quãtã mihi
attulerit uoluptatem:uel fœlicitatem potius:non facile expreſſerim. Viſus ſum.n.deum teſtor:tuis
litteris deum aliquem audiret.Pro quo tuo tam benefico:tam excelſo erga me animo:quid referam
quid pollicear:nihil habeo.Nã meã fidẽ & pietatẽ iãpridem dedicaui tibi:ac deuoui.itaqꝫ ſi uitã:ſi ani
mũ tibi meũ deditum eſſe animaduertis:qd eſt:qđ hoc tpe uel te:uel beneficẽtia tua dignũ recipe ab
me queas? Niſi fortaſſe illuđ deſyderaris:ne patiar tãtã hãc iſtã & tã excellẽtẽ benignitatem tuã:ubi ea
minus utar fruarqꝫ:perituram iuẽtos.Quod ingratitudinis teterrimũ crimen ne unquã mihi obiiciẽdũ
ſit:utar eqdẽ iſtiuſmodi tua benificentia:ac fruar & libenter & tẽpeſtiue.Nã qd mihi gratius poſſit di
uiniuſue cõtigere quã tua uti benignitate:uel tuo aſpectu frui:quẽ eque atqꝫ numen aliqđ in terris co
lo.Cũ primũ igitur licuerit ꝑ eas occupatiões:qbus publico munere ſum obſtrictus:ibo ad te:Vale ex
Sena idibus qntilibus.M.cccc.xxxviii: Frãciſcus philelfus ioãni paleologo regi & ĩperatori.

Romanorum ac ſemper auguſto ſal.d.p.

g Rece prius reſpõderã græcis litteris tuis.Nunc latine tibi locuto per litteras latine reſpõdeã
neceſſe ẽ.Vellẽ eqdẽ liceret mihi obire:qđ iubes.Nã nihil eſt apud aĩum meũ antiquius quã
tuæ obſequi uoluntati:cui nihil eſt quod poſt deũ non debeã.Tua in me.multa cũ apud tecõ
ſtantinopoli agerem.& maxima beneficia nulla unquam deletura eſt obliuio.Quibus me muneribꝰ
non donaſti? quibꝰ honoribus nõ ornaſti? Verũ qđ fieri nõ poteſt:qui ab me fiat.ignoro. Sũ annuo
munere ſenenſibus obligatus.ſi ante conſtitutã diem decederẽ.fidem meã deſiderarent.ſibi uerba da
ta dicerẽt.Quod ais daturꝫ te operã.ut me fide ſenenſes liberent.Non enim exiſtimare te futurum
ut hi tã pio unionis:quam uulgo noiant:operi aduerſentur.quin potius cũ mea iſtic præſentia ob inter
pretãdi munus tã uehemẽter ſit opus.nec alius quiſquã ad rẽ tãtam ſatis idoneus reperiatur.acceſſum
iſtuc meũ facille & equo aĩo patianᷓ.Soluerent me fide fortaſſis & abire ſenenſes paterentur.Nec pe
tenti tibi aduerſari auderent.Ego autem hominũ aĩos & in cute:& intus noui.Arte me uſum uel ocul
tis iudiciis ĩſimularent.aut cupiditatis.aut leuitatis accuſarent.Quare noli obſecro rex optime.& im
perator maxime:quod multis meis permagniſqꝫ laboribus & fidei mihi:& grauitatis nomen ab ieun
te ætate uendicaui.id breui maxima cum labe amittam.Adde etiã quod ne iſtic quidem eſſe ſine uite
periculo unquã poſſim.Nam hi qui nunc florentiæ tyrrannida gerunt.ſunt mihi uehementer infenſi
Idqꝫ nullam ob meã culpam.ſed ob id dumtaxat.quod me uiris optimatibus quos patrio ſolo exter
minarunt.affectũ impuriſſimi homines norant.At quantum Coſmus medices factionis princeps re
liquiqꝫ Puccini apud Eugenium ualent & opibus & gratia.poteris eum uoles non obſcure perdiſcere
Itaqꝫ ut & ſalutis & incolumitatis meæ rationẽ habebam te non uelle modo.ſed ẽt iubere nõ ſum ne
ſcius.Quod hortaris.ioannẽ marium filium ad te mittam.faciam id quidem nequaquam inuitus.quid
enim mihi optatius cedere poſſit.quam meum dilectiſſimum filium uel hoſpitio tuo.uel diſciplia uti
qui omnium chriſtianorum principum & dignitate ſis maximus.& uirtute primarius.uale mi augu
ſte.& me illorꝫ fore tibi perſuade.quo cum uoles.pro tuo iure omnibus in rebus uſurus ſis: Ex Sena
xii Kal.ſeptembres.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus philelphus Eugenio quarto ſũmo pontifici ſal.

m Eus erga te animus & integerrima fides pater ſanctiſſime eſſe tibi debet permultis argumẽ
tis iampridem & perſpecta & cognita.Quare ſi hoc tẽpore minus preſto qđ iubes:nõ mu
tate meæ id uoluntati.que eadem eſt que ſemp fuit:ſed neceſſitati potius dato.Nõ.n.te fugit
quo ẽ ĩ me aĩo & Coſmus ipſe.& factio Coſmiana.ſine maximo meo uite diſcrimine diutius iſtic uer
ſari non poſſẽ.Quod ãt mones.tue fidei credã me.credo equidẽ.ſcioqꝫ tua fide.tuaqꝫ ſanctimonia ni
hil innocẽtius.nihil cõſtãtius.uerꝫ inimicorꝫ ꝑditorꝫqꝫ ꝑfidiã iãpridẽ expertꝰ ſũ ꝑmagno meo cũ icõ

modo patere igitur obſecro:ut bona tua cum uenia uitæ meæ ac ſaluti conſulam. Non.n.in tanta eru ditiſſimoꝝ & diſertiſſimoꝝ hominum copia:qui & greca latine:& latina grece perpulchre interpre tentur:tibi deeſſe potuerunt. Vale ex ſena.iii.nonas ſeptembris.M.cccc.xxxviii.

Fráciſcus philelfus ſenatui & populo peruſino ſal.

e T humanitatem erga me ueſtrá uehementer amplector.& liberalitatem maximi facio. Do leo autem & permoleſte fero:quod his tꝑibus littere mihi ueſtre redditæ ſint: quibꝰ iá alus fidem dederam. Hanc uero inuiolatá ut preſtem & ipſe cogor.& uos idétidem uelle nó du bito. Quod ſi tempeſtiue ueſtre ad me litteræ aduolaſſent.eſſem profecto deſiderio ueſtro incredibi li mea cum uoluptate obſecutus. Ornaſſemq́ʒ ueſtrá iſtam ſplendidiſſimá iuuentutem pro uirili parte nó mó eloquendi.ſed etiá uiuendi laudatiſſimis artibus Quoniam igitur honeſtatem cauſe ítelligitis ignoſcite mihi:ſi minꝰ ac í re expectationi ueſtre reſpóderí.ualete ex ſena idibꝰ ſeptéb.M.cccc:xxxviii

Franciſcus philelphus ſenatui & populo bononienſi ſal.

i Ngratus certe ſim ſi tot a uobis & litteris & nuntiis inuitatus:ut pulcherrimis & ampliſſimis ꝓpoſitis premiis apud uos annuú oratorie ac philoſophie tradende munus.quá apud alios hac tempeſtate obire malim:ingratus ſim inquá ac ſúmopere accuſandus:ſi minus uobis in amore reſpondero. Animaduerto enim non ſine incredibili quadá beniuolentia aduentum uos meú tá mirifice cupere.non enim is ſum:cuius in urbem ueſtram aduentu acceſſio ulla nobiliſſimo ampliſ ſimaꝝ oíum artium diſciplinarúq́ʒ gymnaſio iſti ueſtro fieri queat. Sed quantum intelligere coniectu ra poſſum:meá erga uos ueſtráq́ʒ remp.pietaté:uel ex eo uſq́ʒ tꝑe nobiſcú repetitis quo iam anno un decimo & amplius primú bononie docui: Ac profecto nihil í hác dié mihi bononia gratius:nihil iucú dius uiſum eſt. Nec me recens hæc inuaſit opinio:idétidem enim iudicaui.ſemp:Sed reip.iſtius ueſtræ uehementiores procelle.turbulentiſſimiq́ʒ fluctus qui per id temporis continuo ſunt ſecuti inuitum me iſtinc retinentéq́ʒ eiecerunt. Verentur muſæ naufragiú.quieté amant:oderunt tépeſtaté ac frago ré oém: Quáobré cú pacata uos republica tráquillaq́ʒ ciuitate uti intelligo:& ueſtre gratulor:& meæ lætor fœlicitati. Habeoq́ʒ ímortali deo ſempiternas gratiaſ quod meis de uobis optatis fortuna tandé reſpóderit.que res facile me induxit:ut ueſtro deſiderio ſatiſfaciam. Propedié igitur ad uos ueniam ea animi ſententia ui futurus tamdiu quam apud uos ſim:quoad per Philippú mariá anglum cui ſponſio ne fidei ſum obſtrictus.mihi licuerit. Vale ex ſena idibus ſeptébribus.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus philelphus Antonio panhormite Poetæ ſal.

b Ononiæ hoc ſemeſtri futurus ſum:hoe eſt a kalendis Ianuariis ad kalendas quintiles:tam & ſi ante kal.ianuarias ſena decedere nó poſſum. Decreuerunt aút nobis bononienſes í id té poris ducatos quadrigentos qnquaginta:qđ premiú ante hac nemini unq̄ nó Bononie mó ſed neq́ʒ in italia cuiquá datú eſt.id qđ tibi ꝓ noſtra beniuolentia uoluptati fore certo ſcio: qppe qui amicoꝝ cómoda & honores tua cómoda honoreſq́ʒ eſſe ducas Poſtea uero ad cóſtitutá Kalédaꝝ qn tiliú dié bononienſibus relictis.cócedá mediolanú ad noſtrú illú diuinum principé philippum mariá anglum. Is enim me ſuis ornatiſſimis.& munificentiſſimis litteris ad ſe deuocauit.quare ſiquid me uis factuꝝ.í te é. Tu me optimo regi Alphonſo cómédato.uale ex ſena idibus ſeptébribꝰ.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus philelphus raphaeli fuſcherario ſal.

t Vam in me ſingularem beniuolentiá magnifacio.quod aút hortaris:propedié ad uos eá.ue niam.n.nó mediocriter ab omnibus expectatus. Hortaris tu quidem:ut aiunt:equú lidum í campum.quare & ſi ſenenſes deceſſioni meæ moleſti ſunt.faciam tamen intelligas:quantum apud me pondus tuæ amiciſſime habuerint.uale ex ſena idibus ſeptembribus.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus philelphus lapo caſtelliunculo ſal.

n On poſſum tuam diligentiam nó ꝓbare & fidé pietatéq́ʒ erga me. Mones inſidias caueam. eſſe.n.quoſdam quos mei nominis ſplendor offendat:& iccirco mihi exitú machinari.ego aút quáquá non ſum ignarus qđ uulgo dicitur apud grecos τὸ εἰμαρμένον ἀφύκτον nihil ta men omitto:quod meæ ſalutis intereſſe putem. Nam prudentis cóſilio fieri poſſe céſeo:ut omnis uis neceſſitaſq́ʒ fatalis aut repellatur:aut diuertatur:aut leuius ſaltem offendat. Tibi autem gratias habeo quod omni in re te mei ſtudioſiſſimú preſtes.uale ex ſena pridie kal.Octobres.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus philelphus leonardo aretino ſalutem.

q Vanquá ſcio meos oís familiares uel nulla mea cómendatione tibi eſſe commendatiſſimos non tamen omittá:quin abs te petam:atque contendam:ut ſi me ames:lapum noſtrum per doctum & perdiſertum uiꝝ quibuſcunque rebus poteris ita tractes:ut intelligat meá apud te commendationem pulrimum ualuiſſe.uale ex ſena pridie kal.Octobribus.M.cccc.xxxviii.

Franciſcus philelphus Leonardo aretino ſal.

q Vicquid ſaxolus pratenſis auditor noſter uerbis tibi meis expoſuerit:ſic habeto:ac ſi coram ipſe tecum loquerer: Nihil eſt enim dicturus tibi:quod ab me non dicendum acceperit:uale ex ſena kal.Octobribus.M.cccc.xxxviii.

Franciſci philelphi Epiſtolaꝝ liber Tertius

Franciſcus philelphus franciſco ſphortie imperatori ſal.

q

Vod antea inſtituerat cõſiliũ magnanime impator feſtinat hoc tpe neceſſitas.
cũ ab humaniſſimo ſocero tuo Philippo Maria diuino principe eſſem nup or-
natiſſimis litteris ut ad te irẽ q̃ liberaliſſime inuitatus.& id me facturũ ipſe rece
piſſem decreuerã equidẽ anteaq̃ mediolanũ cõcederẽ.& te uiſere:& patriã quo
beniuolũ in ſe alter.altera gratũ me eẽ experiret:&.n.patriæ oĩa debeo.a qua
genitꝰ educatuſq̃ ſim.Tibi uero ob præſtãtẽ animi tui probitatẽ inauditamq̃
magnitudinẽ iampridã incredibili quadã beniuolentia obſeruantiaq̃ afficior.
Sed mea hæc animi ſententia turbatur his rumoribus ac nuntiis:qui de tua in
Tholentinatis.meos ita obſidioneq̃ afferunt.Nunciantur enim uulgo te infeſto agmine igentiq̃ reo
rum oĩum & formidabili apparatu ꝓceſſiſſe in Tholentinatum agrũ:Eoq̃ igni ferroq̃ uaſtato obſi-
dere oppidũ:atq̃ ipſius ciuibus non captiuitatem & ſeruitutem.modo ſed omnem cõtumeliã cedẽq̃
minitari.Quæ q̃dẽ ipſe audiens ſum eque miratus ac dolui.Qui enĩ fieri poteſt ut tanta & tã eximia
uirtus tua quicq̃ audeat uel perpetrare:uel moliri:quod nõ ſolũ ab animo magno elatoq̃ abhorreat:
uerum etiam in quũ ſit & tetrũ.& imane.Nunq̃d ludibriũ illis necẽq̃ miniteris.qui & forti animo &
inuicto patriã ſalutẽ dignitatẽq̃ tueãtur.At eos oĩs q pro patria ſe deuouiſſent.in magnis uiris hõdos
eẽ uniuerſa canit antiquitas.An id facturus es quoniã tibi Tholentinates aduerſi ſunt.tuoſq̃ ueheme-
tiſſimos conatus ꝑtinatius remorant.At nõ ſolũ q̃d tibi cõmodũ ſit:ſed q̃d illis cõueniat debes cõſide
rare..Nam quoꝝ fidẽ putes in te certam fore.ſi eos perfidos in ſe fuiſſe cognoris.Quod ſi apud bar-
baros etiã uirtutem interdũ uenerabilem extitiſſe accipimus.quid tibi faciundũ ſit cogita:qui ad lau-
dẽ:q ad gloriã natus ſis.Es ne oblitus longe magis arte atq̃ benificẽtia:quam aut minis aut ẽt ui & pa-
rari & cõſeruari regnũ?Quibus nã rebus Cyrus a Mediis iperiũ ad perſas trãſtulit?Non eſt induſtria
& animi Magnitudine?Quibus Alexander ad Gangemuſq̃ penetrauit.Non ne prudentia ac beni-
gnitate?Quibus tandem.C.Iulius cæſar orbis terre principatum adeptus eſt?Non conſilio & clemẽ
tia.Nã Romulus quãdiu humanũ ſe ſe & mãſuetũ præſtitit:quaſi numẽ in terris eſt habitus.Cum pri-
mũ iperioſus uoluit rebus uti:ab iis in illũ ſæuitũ eſt:quibus carior eſſe iucũdiorq̃ debuerat.An ultio
te delectat:quo aliquid.fortaſſis aduerſus te:id q̃d tñ haud cõceſſeri.Tholẽtinates conati fuerint.At
ulciſci fœminaꝝ philoſophi:nõ magnanimi principis:nõ Frãciſci ſphortiæ eẽ uolũt.Audi quæſo ſa-
piẽtẽ illũ Macedoniæ regẽ philippũ alexãdri patrẽ:q cũ urbes græcie:quæ malo i eũ aĩo eſſe uiderent
atq̃ nouis rebus plerũq̃ ſtuderẽt:q̃dã cõſulerẽt ꝑſidiis eẽ cõtinẽdas:reſpõdit:male pulchrũ ſe longum
tẽpus.quã heꝝ breue appellari:intelligebat enim rex prudentiſſimus ea eſſe tutiſſima præſidia:muni
tiſſimaſq̃ arces:quæ hoĩum beniuolẽtia charitateq̃ fundatæ ac firmatæ forent.Nam aduerſus iuſtũ
idẽq̃ cõmune oĩum odiũ nullæ uires eẽ:nulla ingenia ſatis poſſunt.Quare idẽ philippus eos.qui ama
rius athenienſibꝰ utẽdum eſſe cõſulerent:inſanire dicebat qui hominem:qui ad gloriam:omnia agen
do patiendoq̃ referret:gloriæ theatrum iuberent amittere.Nõ enim quoniã ſe liberos athenienſes:
quã ſeruos mallent dignos rex preſtantiſſimus cenſebat:in quos grauius animaduertẽdum eẽt meri-
to is igitur optimoq̃ iure a theophraſto traditur nõ ſolum genere & dignitate regia:ſed ẽt cum fortu
na tum moribus maior cæteris regibus ac moderatior extitiſſe.idem quoniã populorum ingenia mo
reſq̃ callent:admonebat nõ abſurde Alexandrum filium:ut & blande ſe ſe utendum macedonibꝰ gra
tioſeque præſtaret:quo multitudinis ſibi uires cõpararet:Capiunt inquam animi populoꝝ nõ minis
terroribus.nõ ui.ſed cum aliis nõnullis humanitatis officiis:tum blanditiis maxime:quibus cum minꝰ
apte ſcipio ille poſterior aphricanus olim uteret:repulſam habuit conſulatus.itaq̃ ſi quid preter uolũ
tatem tuam princeps inclyte tolentinates auſi fuerint:tuum eſſe duco non modo non ulciſci:ſed &
ignorare potius.& eorum tibi animos manſuetudine:facilitate & beneficiis deuincere.Sin autem ni-
hil fuerint apti:quid tibi faciundum rear:intelligis.Nunquid eos oblitus:quid romanis priuernatum
legatus ille reſponderit:quum a quodam triſtioris ſententiæ auctore interrogaretur:quam pœnam
meritos priuernatis cenſeret:eam nihil ueritus inquit:quam hii merentur qui ſe libertate dignos cen
ſent:Rurſuſq̃ ubi conſul mitius ſubdidiſſet.Quid ſi pœnam remittimus uobis qualem nos pacẽ uo-
biſcum habituros ſperemus.Tunc idem legatus eadem animi uultuſq̃ conſtantia ſi bonam:inquit de
deritis:& fidam & perpetuam:ſin malam:haud diuturnam.Quibus quidem ferocioribus dictis non
modo non ſunt ad iracundiam ultionemue incenſi romanorum animi ſed priuernatis potius omnis
dignos iudicarunt:quibus ciuitas daretur.intelligebant ſane uiri permagni & ſapientes tantam eſſe
uirtutis uim:tantam maieſtatem:ut in hoſtibus quoque gratiam mereretur. Num metui tu fortaſſe
quam diligi malis.Optime natura prouiſum eſt:ut metum ſemper odium conſequat.At diligi & ama
ri nunquam poſſis:niſi & iuſtiſſimum te beneficentiſſimumq̃ preſtiteris.iuſtus uero ac beneficus eẽ
neque atqui aut aliis ultro nocuerit:aut modum rebus ſuis ſtatuere.uel noluerit:uel neglexerit:Qua-
re te Franciſce ſphortia per magnitudinem animi tui preclaraſque uirtutes oro.atque obteſtor:ut
iram hanc iſtam omnem:ſi quam tandem id ipſos Tholentinatos meos iram conceptam habes:mitti
ges ac places.Et omnem denique perturbationem:quæ conſilio prorſus omnique rationi aduerſat:
proſternas:atque abiicias.Nemo ſit aliis imperare:qui ſibi:ipſe non poteſt. Nulla uictoria maior eſt
nulla illuſtrior:quam ſeipſum cum oporteat uincere.Violentum hercle nihil eſt diuturnũ pricipatus

Vo inſtatu poſitæ ſint res meæ.nõ ẽ difficile iudicatu. Vniuerſa hæc ciuitas factionibus tu
q met Nec diu abeſſe põt:quin pariat maximi quodpiam mali.Præterea noſti:quã mihi aduerſi
ſit. Vbiq; gẽtiũ malim eẽ quã florẽtiæ. Vale ex floren.iii.idus decẽbris.M.cccc.xxxii:

Franciſcus philelfus Franciſco barbaro ſal.

Oſti iã pridẽ:quanta mecũ familiaritate atq; beniuolentia iunctus eſt Antonius Capanoren
ſis.Qui quãquã ſua probitate & innocentia tibi dẽat eẽ cariſſimus:tñ ut mea ẽt cauſa aliquid
n cumuli accedat ad priſtinam tuã in eum benignitatẽ:te etiam atq; etiam rogo. Vale ex florẽ.
iii.Kal.Ianu.M.cccc.xxxii.

Franciſcus philelfus ioanni Auriſpe ſal.

Ihi polluce meo uæhemẽter ẽ opus.itaq; rogo te ut eũ ad me ire quãprimũ cures: nã illũ tibi
m tantiſper uſui dedi donec abs te repeterẽ.Quarẽ fac ne ſcđo accedere ad te ſcribã.Vale ex flo
rẽtia.iiii.Kal:ianuarias.M.cccc.xxxii. Franciſcus philelfus Ambroſio monacho ſal.

Itteræ mihi tuæ ſp gratiſſime fuerũt.& in p̄ſenti a:quã antea lõge gratiores:indicant enĩ dilu
l cide:ab q̄bus mihi cauẽdũ ſit. Verũ utar equidẽ more meo:ut & nemini noceã & laceſſitus in
iuria:me uirũ eẽ meminerint. Vale ex ædibus nr̃is floren.xiii.kal.Febru.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Thome ſarzanenſi ſal.

Lacuerunt quæ ſcripſiſti mihi uerbis reuerendiſſimi comiſq; p̄ris Cardinalis.Nec aliud qcq̃
p h̄eo qđ reſpõdeã:quã maturato opus eẽ:Nã hic oĩa ſunt turbulẽta:& mihi nequaq̃ tuta.Cãm ti
bi iãpridẽ ſignificaui.Cura igit̃:ne fruſtra mihi ſcripſiſſe iudiceris. Vale & me clementiſſimo
patri Cardinali & comẽdatum:& earũ reddito:ex florentia.xii.Kal.Aprilis.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Karolo Aretino ſal.

Vnt nonulli:q me monuerit.ut mihi a te caueã.Moliri.n.te mihi:neſcio quas ĩſidias: ut q eru
s ditione & p̄bitate nequeas facinore mihi noceas.Sũ eq̄dẽ id miratus qđ neq; deũ metuẽs nec
hominũ famã:tãto ſceleri te obnoxiũ ſis facturus p̄ſerti cũ nullã hẽas iuſtã aduerſus me cãm ñ
enĩ mihi uitio dandũ ẽ:ſi te doctior exiſtimor magiſq; diſertus.ſed ingenio ignauiæq; tuæ:qui ſi ita lit
teris & bonarũ artiũ diſciplinæ operã dares:ut exercẽdo fœnori & flagitio:eẽs me fortaſſe multo ſupe
rior.Nã qđ iactes iis anchoris te munitũ ut nullos fluctus.nullos turbines p̄timeſcas uidi ego p̄ſæpe tã
tũ eẽ uẽtorũ ĩpetũ ut nullæ anchoræ:nullũ robur nulla alia munima ſatis ſit:q ualidiſſimas ẽt naues tue
ãt quominus obruant̃ fluctuũ uorticibus:ac patiãtur deniq; naufragiũ.Itaq; prudentius feceris:ſi rõr
malueris:q̃ p̄turbationi parere:quarũ altera excutit ex hoĩum mẽtibꝰ tenebras inſaniæ.deturbatio ue
ro lucẽ ſapiẽtiæ:Tu de me Karole nihil habes.qđ iure queas expoſtulare.Nã neq; publice:neq; priuati
nocui tibi unq̃ Quin ut ſcis nõnunq̃ es a me pulcherrime laudatus.uel.tũ maxĩe cũ a q̄buſdã grauibꝰ ĩ
tegerrime iſq; uiris eẽm cõmõe factuſ te mihi moliri ĩſidias.id.n.iccirco ab me factũ ẽ.ut aliquãto te pu
deret tui.atq; reſpiceres. Sed quãtũ poſſũ augurari tãta ẽ uis morbi.quo inuidẽtia te excruciat.ut nulliſ
neq; hũanitatis.neq; admonitionis remediis ad ſanitatẽ redeas. Me tñ nullæ tuæ mouebũt ĩiuriæ quo
minus p̄gã ſimilis eẽ mei. Vale florentiæ ex ædibus nr̃is idibus Aprili.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Nicholao nicolo ſal.

Go te Nicholae nichole uel ex uſq; cõſtãtinopoli ex Chryſolora ſocero meo ſapiẽtiſſimo cla
e riſſimoq; uiro quo eẽs ĩgenio.q̄bus moribus.ad unguẽ didiſcerã.Cunq; poſtea ĩ italia reuertiſ
ſem eadẽ ac ẽt plura tũ ex Guaryno ueronẽſi.tũ ex ioanne. Auriſpa uiris prudẽtiſſimis & ap
prime eruditis audierã.Nec deſtiti tñ ea p̄ſtare oĩa q̄bus te mihi ſũma beniuolẽtia deuincerẽ.At nulliſ
meis nec officiis.nec meritis potui te aliũ reddere q̃ eẽs & iã factus:& ex diuturna cõſuetudine cõfir
matus:q̄ppe q tibi magne laudi ducas ſi p̄ſtare id queas:ut uiri oẽs docti & boni tua op̄a & ĩduſtria flo
rẽtia extrudant̃.Itaq; & gloriaris & Chryſolorã florẽtia eẽ a te expulſũ:& Guarinũ & auriſpã ambos
turpiter eiectos. reliquũ eẽ Philelfũ unũ quẽ aut breui exulẽ facies:aut malẽ efficies.qđ iſta ſibi tua ue
lit or̃o nõ ĩtelligo.Nõ.n. eiuſmõi ſũt nerui tui.ut mihi qcq̃ poſſis ĩcõmodare.Nã q̄ ad florẽtiã attinet:
ego mea ſpõte ĩuidiæ cedere ĩſtitui:nõ minis tuis q nullarũ es uiriũ:nulliuſq; auctoritatis uir non metu
potẽtioris cuiuſpiã cuius opibus audaciaq; ĩſanis.ſed ut uiuã ipſe mihi liber cũ muſis Vides tu ſane: ni
ſi pœnitus mẽtis luminibus captus es.q̃ unus Philelfus uniuerſæ ciuitati carus ẽ & p̄iucũdus.Nihil ne
q; priuati nec publicæ petit̃ a me fruſtra.Si lapides ipſi loqui poſſent.oẽs ĩ meas laudes lĩguas ſoluerẽt
Mihi gratificant̃ oẽs q̄cunq; optarĩ obſequũtur oẽs.ĩſeruiũt oẽs Quis uir bonus & grauis cuiquã ad
uerſet bene p̄merito p̄mererię; aſſiduiſſime ſtudenti.uelim mihi dicas:q̄ ẽ erratũ aduerſus te meum
Nõ ne oĩbus in rebus tibi uſq; morẽ geſſi Quid hẽs qđ.mihi des crimini.Nũ ſinis te uirũ iã decrepitũ
& rerũ humanarũ callentiſſimũ ſeduci a uerſuta maleſicaq; uulpecula Karolo arretino. Nõ ne aĩaduer
tis aliq̄ñ de prauatũ p̄ditiſſimi hominis corruptũq; ingeniũ:An pateris eũ utĩ te ueluti ĩſtr̃o quodã fu
roris tui. Reſpice:reſpice tandẽ:Cõſidera annos tuos:Quãdiu nobiſcũ futurus es Quod ſi nullũ puta
res fore diuini iudicis uel p̄miũ:uel ſuppliciũ:hominũ tñ de tua uita atq; moribꝰ exiſtimatio tibi uerẽ
da eẽt.Ergo qđ ĩ me erit:ut nunquã præſtiti:ita tibi præſtabo nunq̃ nõ mõ ĩnimicitiarũ ſed ne minĩe
q̄dẽ uel ſimultatis:uel ĩdignatiõis materiã. Vale florẽ.ex ædibus nr̃is.idibus Aprilibus.M.cccc.xxxiii.

Franciſcus philelfus Thomæ Senecæ ſal.

Hic aũt cum & trãquille & honorifice uitã agerem neqꝫ đ re Florẽtina ulla mihi prorſus cura eẽt ꝑter
humani cõmiſeratioñe ĩgenii:menſe decimo ex quo Florẽtia deceſſerã nulla mea neqꝫ culpa neqꝫ cul
pæ ſuſpitione:tãtũ potuit inimicoꝝ coniuratio:ut ipſe quoqꝫ iter ꝓſcriptos ciuis optimatis proſcribe
rer.id qđ ut accepi.uniuerſæ ciuitati fuit moleſtiſſimũ auditu.Quin ĩ ꝓximũ ĩde annũ miſus ẽ ſenã:ut
me ĩterimeret:idẽ ille ſicarius:ꝗ ab eadẽ ornatus cõiuratione ĩ faciẽ mihi uulnus infixerat.Hic philip,
pus ẽ uocatus:patria natus caſale fluminẽſi.& patre thoma.& auo bruno:ꝗ ẽt ipſi ambo notiſſimi ha,
biti ſũt ſicarii.Aberã ꝑ id tpis ad petriolanas balneas.idqꝫ nõ tã ulla mea uel neceſſitate.uel declinatio
nis qdẽ gratia:ꝗ̃ diuino quodã conſilio.ut certe puto.Nã eo ſũ ꝓfectus ſola uiſcendi cauſa.Solet.n.ple
rũqꝫ oĩpotẽs deus.quo de ꝑſeuerãtibꝫ in malignitate facinoroſiſqꝫ hoĩbus aliquãdo ſuppliciũ ſummat
certas quaſdã eaſqꝫ occultas parare uias ad uindicãdũ.Cũ eiuſmodi ergo tpe ſicarius Philippus. Senã
ueniſſet.neqꝫ me uſquã uideret.adiit præclaꝝ in philoſophia uiꝝ ac medicũ prudẽtiſſimũ Petrũ ioan
netũ:qui ex patria Bononia pulcherrimis ꝑmiis accerſitus medicinã docebat.ut nũc ẽt docet in eius
urbis publico ſtudio.Ex eo quærit.& qua in uicinia ipſe habitarẽ:& ubi docerẽ.& quot mecũ ducerẽ
comites:& quãtũ ualerẽ gratia apud ciues.Ad quæ ille.ut eſt uir callẽtiſſimns æque atqꝫ acerrimo ſtrẽ
nuiſſimoqꝫ ingenio.inſpecto hominis uultu & conſiderata uerboꝝ temeritate.ſingulatĩ ea reſpondit
quæ mihi uſui fore arbitraretꝰ.Eodẽqꝫ die litteris me de ea re oĩ cõmunefecit.quare ſenã ubi cõtinuo
reuertiſſem.ex illoqꝫ liquidiuſ rẽ oẽm corã didiſciſſem:mox adeo præfectũ præſidii:quẽ capitaneũ uo
cãt.Honophriũ tyfernatẽ cognomẽto Virilẽ.hoĩem ſubdolũ & fallacẽ.Huic rẽ ipſã.ut habebã expo,
no.& oĩa ſicarii ſignãdo.qualia & a petro ioãneto didiſcerã.& ipſequoqꝫ dũ illũ inter ambulãdũ obuiã
habeo.agnoſco.Reſpõdet cõtinuo ueterator ille.& fraudulentus.latro.Grates habeo ſempiternas mi
pater obſeruãdiſſime philelphe ĩmortali deo.ꝗ mihi cãm præſtitit.quo tibi aliquo officio meo rem di
gnã gratificarer.Nã iãpridẽ cupiebã occaſionẽ offerri mihi morẽ gerendi tibi.Hominẽ ac tutũ cõpre
hendã.Cõprehenſũqꝫ torquebo ita ut uel cõcoctũ cibũ oẽm ei eruã e ſtomacho.Quẽ ſi cõſciũ cuiuſ,
piã aduerſus te perpetrãdi facinoris offendero.uita priuabo.Sin minus offendero miſſum faciã.iqẽs
aberraſſe me in ſe capiundo.nõ eni illũ eẽ quẽ quærebã.Fateor equidẽ mi Aeneã uel ex his uerbis me
illico de homine ſuſpicatũ mõſtri neſcio qd.Cæteꝝ quoniã ſatis mihi de ſicario cõpertũ uidebaꝰ:egi
homini gratias de optima erga me uoluntate.Capiꝰ ſicarius eodẽ ueſpi.Captus torqueꝰ.& mei iteri,
mẽdi cã ſe miſſũ cõfitetur.idqꝫ honophrius cõtinuo palã facit.Sed ab quo miſſus foret.reticeſcit.nec
ſicariũ plectiꝰ.Sed differt aĩaduerſionẽ.modo aliã cãm obtẽdẽs.modo aliã.at ueriſimilẽ nullã.interea
tpis ĩcrebreſcit nõ ſolũ apud me.ſed apud nõnullos grauiſſimos ciuis tuos.Honophriũ tyfernatẽ com
mutaſſe Philippũ ſicariũ cũ prætura florẽtina.Nihil ẽ.n.apud florẽtinos uſqꝫ adeo ſecretũ atqꝫ arcanũ
qđ minus ꝗ̃ primũ effluat.ita ſũt oẽs tãꝗ̃ rimaꝝ pleni.Quod rumoribus fuerat diuulgatũ.ipſius rei tã
dẽ euẽtus apꝓbat.Nã paulo poſtea florẽtiæ ꝑtor declaratus ẽ Honophrius tyfernas.Sed redeo ad ſi,
cariũ:Mulctauit hũc honophrius libris qngẽtis.Erãtqꝫ multo antea paratæ pecuniæ.qbꝫ ille carcere
liberatus remitteretur florẽtiã.Et qđ ridiculoſius fuerat.in ſentẽtia quã ĩpudentiſſimus latro aduer,
ſus ſicariũ tulerat:dicebat illũ ad id facinoris perpetrãdũ fuiſſe corruptũ grãdi pecunia & magna re,
muneratione.ab quo aũt ab quibuſue corruptus fuiſſet.ſubticuerat.Ceteꝝ longe ſe ſua de ſceleratiſſi,
mo ſicario liberãdo fefellit opinio.nã ego iniuriaꝝ agens ꝓuocatione ſũ uſus ex tuæ patriæ iſtitutis
ad prætorẽ.itaqꝫ ea oĩs cã ab honophrio latrone deuoluta ẽ ad Iacobũ Cõſtãtiũ ſiculũ ex Meſſana qui
ĩnocẽtiſſimus & grauiſſimus ea tẽpeſtate ꝑtoriã gerebat Senæ.Hic ſi potuiſſet cauſam ex integro co,
gnoſcere nõ obſcure patuiſſet.& qui fuiſſet auctor florentiæ uulnerandi mei.& a quo idẽ ſicarius mi,
ſſus Senã eſſet ad me interimẽdũ.Nã florentie quoqꝫ patuit de ſicario:patuit de licitatore cõductore,
qꝫ ſicarii.Is.n.fuit homo ĩpuriſſimus ac nequã Hieronymus brochardus imolenſis.Sed qui fuerint fa,
cinoris auctores:ꝗ mercedẽ quã pepigiſſent:ſiccario diſſoluerint:in obſcuro ſunt:cũ tñ nouere pluresꝰ
Laurẽtiũ medicẽ una cũ Nicholao & Carolo frequẽtare ꝑſepæ ſolitũ oĩum ſceleꝝ officinã in fames
ædis Hieronymi brochardi ꝑ id tpis quo ſicarius eſt conductus.idemqꝫ Laurẽ.medices hieronymum
coniectũ ob id ſceleris in uincula carcere liberauit & ab omni pœna tutatus eſt in maxima ẽt totius ci
uitatis offenſione quæ tota eã iniuriã publicã ſuãqꝫ ducebat.Sed uis magnitudoqꝫ pecuniæ longe pluſ
potuit ac polluit:quã leges ꝗ̃ æqtas quã oẽ iuris piiqꝫ uel:officiũ uel ſanctitas:uel deoꝝ.Sed redeamꝰ
ad pretorẽ.is ĩqua iacobus cõſtãtius cũ non poſſet ex inſtitutis patriæ tuæ eã de integro agitare cauſã
quã ꝓfectus cognorat.ſed augere pœnã dũtaxat quod potuit ſolũ eã.Philippo ſiccario dextrã abſcidit
publico iudicio.quæ me florẽtiæ uulnerarat in faciẽ:obtruncaſſetqꝫ hominẽ quo neceſſua reliquis eẽt
exẽplo immanitatis ſuæ.niſi ego id factum iri prohibuiſſem:utpote qui maluiſſem uiuere illũ uitã inu
tilẽ atqꝫ dedecoroſam ꝗ̃ ꝑ expeditã mortẽ liberari animi cruciatu:ut.n.magni ẽ animi ꝑuas ſuaſqꝫ in,
iurias obliuiſci ita iuſti & ſapiẽtis de publico humani generis hoſte dignã aliquã capere ultionẽ.cũ igiꝰ
neqꝫ pacate ut audis:nec itẽ cõmode agerẽ ſenæ.uiderẽqꝫ quãto cũ uitæ ꝑiculo inter gladios uenena,
qꝫ uerſãrer.nõ enim defuere qui ẽt domi auſi fuerunt me ueneno perdere.Bononiã eo cõſilio me re,
cepti:ut paucos poſt menſis mediolanum petã futurus apud unicũ noſtræ tẽpeſtatis ſolẽ Philippũ ma
riã principem ſane omnium:qui aut ſunt.aut fuerunt aut futuri ſunt munificentiſſimum & optimum
apud hunc enim nullæ mihi inimicoꝝ artes.nullæ inſidie oberunt.totus ero cũ muſis.totus cũ amiciſ

totus mecū. Quod aūt me hortaris. e deſerā ipſe me: ne credam malignitati fortunæ. Hortaris tu q dem & amice & recte. iāpridē aīum meū noſti. Non is certe ſum qui me neſciat uiꝝ eſſe. itaqꝫ bono ſis animo: per me licet. Nunquā me ignauie accuſabis: nec itē inſolentie. quin horatianū preceptū illud in uniuerſa tuebor uita. O ē tulit punctum: q miſcuit utile dulci. Tu uero qđ ad te attinet. facito me de oī re tua ſtatuqꝫ certiorem. Vale ex Bononia quinto Kal. Apriles. M.cccc.xxxix.

Franciſcus philelfus Ioanni Tuſcanel. ſal.

d E me qđ flagitas ſcire. ad ꝓximas ſtudii uacatiōes quas uocāt. Mediolanū ſum petiturus eo q dē cōſilio: ut ſi q̄ mihi nobiliſſimus ille princeps ſpē lr̄is maximā pollicet̄. re ipſa iuenero apđ neminē mali: q̄ apud eū uitā agere. Sin ſecus offendero. ad uenetos me recipiā. Nā nihil incer tius q̄ Bononiæ res ſecūdæ. Quāto. n. fortuna blādius uṙ aſpirare. tāto magis aduerſi uentorū flatus metuendi ſunt. Vale ex Bononia idibus Aprilibus. M.cccc.xxxix.

Franciſcus philelphus Alberto Zancario ſal.

Ccepi te Senæ declaratum epiſcopum:quod & tibi:& ſenenſibus uæhemẽter gratulor. Vtriſq; enim recte conſultum puto.Nam & tu uiues in patria:uiues cum tuis:uiues tranquille: uiues cũ dignitate:& Senenſes eum pontificem ſunt adepti:qui ſit integerrimus:innocẽtiſſimus:doctiſſimus.Reliquum eſt:ut quandoquidem liberale tandem ocium nactus es:ea bona:quæ tibi natura quã affluentiſſime largita ſunt:& obſerues & colas. Vales ingenio eruditione:eloquentia.Hæc tibi ſũt omnia excitanda.Curandumq;:ut non tibi ſolum ſed bonis omnibus.non modo uiuis: atq; præſentibus: ſed uniuerſæ quoq; poſteritati natus uideare. Videre nonnullos conſueuimus:qui in paupertate frugi induſtrii extiterunt. At idem ubi rebus lætioribus uti cœpiſſent:cum dignitate & opibus deſidiam etiam admiſerunt & negligentiam.Quod & ſi de te minime uerendum arbitror:facit tamen incredibilis amor erga te meus:ut uel currentem adortari audeam.Si cum eſſes & epiſcopus tergeſtinus:& Regis Romanorum ſecretarius:ac idem ſæpiſſimæ pro illo principe orator:tum ad pontificem maximũ tum ad Florentiſſimas orbis terrarum reſpublicas ac dominos:ſemper aliquid egregium lectitabas:dicebas:ſcribebas. Quid te nunc agere oportet tanta leuatum laborum mole.Noli obſecro pati:ut uel punctum aliquod temporis tibi uacuum labatur.Non parum prodeſſe poteris & tuis & alienis:ſi tuos grauiſſimos cogitatus acutiſſimaq; inuenta litterarum monimentis commẽdabis.Pone tibi ante oculos pontificem noſtrum Ambroſium:Aurelium Auguſtinum:Ioannem Chryſoſtimũ:turumq; Gregorium qui cum ipſi quoq; eſſent epiſcopi & infinitis fere occupationibus obruti:quod tamen & quanta quãq̄ ſalutifera uolumina lucubrarunt? Quid enim aut magnum Baſilium:aut Euſebium:Hieronymum abbates meminero? quorũ pœne infinitis elegantiſſimiſq; libris & italia pollet:& Græcia.Chriſtianiq; omnes mirifice iuuantur? Sed longior ſum:q̄ debeo:præſertim tecũ pontifice prudentiſſimo. Vale ex mediolano.vi.Kalen.decembres.M.cccc.l.

## Franciſci philelfi Epiſtolarum Liber Octauus.

Franciſcus philelfus Renato Regi.S.P.D.

Oannes Marius filius cũ nup̄ mediolanũ mei uiſcẽdi gr̃a rediiſſet:cũ aduẽtu ſuo cupienti & exoptãti mihi uoluptatẽ maximã attulit:tũ eo iucũdior fuit qđ ſe tibi cariſſimũ eẽ declarauit.& id qdẽ p̄multis erga ſe tuis ac pulcherrimis bñficiis.Quid.n. adoleſcẽti ad uirtutẽ uel nato uel cõtendẽti fortunatius poſſit cõtingere:q̄ eius principis uti cõſuetudine:apud quẽ uerſari nõ minus ſit honorificũ:q̄ ſructuoſum? Vt.n.nulla utilitas in bonis cẽſenda eſt: q̄ honeſtate careat:ſic in actiua atq; ciuili uita honeſtum id amplectẽdum in primis arbitror:qđ emolumẽti rõnẽ nõ aſpernet.Nã illud honeſtũ:qđ priſci philoſophi gloriã ſibi dũtaxat p̄ponẽtes coluerũt:etſi erat ampliſſimũ:tñ q̄a nullã hẽbat uim utilitatis admixtã:a ciuili uiuẽdi cultu:& ab oĩ reipublicæ adminiſtratõe reiectũ eſt.Quare cũ uideo eẽ apud te meo & honeſtati ſimul & utilitati locũ nõ poſſum medius fidus nõ lætari:cũ eius:tũ etiã tua cã:cuius laudi uæhemẽter faueo.Ego tibi rex Renate non mediocriter ſum affectus:qp̄pe quẽ audiã iis uirtutibus p̄ditum:quæ maxĩe ſunt in rege humanitate:munificẽtia:& ſtudio diſciplinæ.Nã q̄q̄ ſæmina quædam uirtutis ſunt nobis natura inſita:ea tamen doctrina mirifice coaleſcunt: & ſpecioſiſſime efflore-

ſcunt.itaq; laudantur a uiris ſapientiſſimis Cyrus.Alexander.cæſar quod eſſent doctiſſime eruditi.qđ ſi natura quadam omnis incendimur ad ſciendi cognitionem quanto id magis nitere debet in regibuſ qui ueluti quædam optimæ nature deiq; ſimulachra habentur in terris.At humanitas cum delectat in omnibus tum in principibus & regibus maxime qui quo excellentiores ſunt inter homines eo magis debent humanitate cæteris antecellere.itaq; humanitatem tuam māſuetudinem facillitatem.cū audio ab omnibus prædicari dignus mihi unus exiſtimaris.quem nulla hominum facundia nulla ſapientū uirorum ingenia nulla monimenta litterarum conticeſcant.Liberalitatem autem & munificentiam tuam &ſi iampridem & uiua &eadem omnium uoce atq; audatione audierā celebrari eam tamen cū ſū: expertus infilio te huiuſmodi eſſe ſtatuto cuius uitam & incolumitatem debeant ſapientes omnes & eloquentiſſimi uiri tum uitam ſibi tum etiam incolumitatem opinari.Et facis tu quidem recte q te benignum & beneficum ſemper uelis.Vix eſt enim alia uirtus ulla quæ munificentiæ præſtet in conciliandis hominum ſtudiis atq; beniuolentia.Preterea quid aliud habent boni faſtigia principatum ac regnorum:quo illorum Præſides cæteris hominibus uideantur beatiores niſi ut his dandi & benefaciēdi probatis uiris facilior ſit facultas.Quanto igitur dandi atq; donandi munere diligentior fueris tum eo te magis principatum dignum oſtendis tum cæteros omnis aut rapis in amorem tui.aut ad te amādum facis ardentiores.His ergo tam præclaris regalibuſq; cum te ornatum eſſe intelligo Rex Renate æquiore patior animo abſentiam dilectiſſimi filii.præſertim cum animaduerto filii utilitatem cum tua & utilitate & uoluptate coniunctam eſſe.Non enim is tibi parum prodeſſe queat ad græce diſciplinæ præceptionem.qua te iure delectari audio ac lætor.Reliquum eſt ut intelligas me totum eſſe in filio.Quare quicquid in hunc humanitatis tuæ benignitatiſq; contuleris id omne in meipſum abſte collocatum iudicabis.Vale Rex optime.Ex Mediolano .vi.kal.Decembres a Natali Chriſtiāo anno.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus.Thomæ frægoſo Sagone præfecto ſal.

c Vm ioannes marius filius ad te iret non ei potui nihil litterarum dare quibus intelligeres te mihi facturum rem gratiſſimā ſi meo ēt nomine & libenter & ꝑhumāe.ut bonos & eruditos ſoles eū exceperis:Nolim tamen hmōi benignitatis officium uænale mihi ꝓpoſuiſſe uidearis Quare conuiuia illa mea niſi ex uetere occupatiōe omnino aſcripſeris iuri tuo ſi minus reddidiſti meo nomine ioāni feruſino clariſſimo iureſcōſulto aut Nicolao cebæ.q̄primū ut reddas rogo.Vale ex Mediolano..vi.kal.decembres.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus Baptiſte Schacæ Barocio ſal.

q Vod rebus meis utaris familiariter nequaquā tibi uicio do.Nam ut græci dicunt τατῶφίλωνκοινα Sed quod ita utaris ut mihi īcōmodes miniē laudo.Tu mea oīa carmine ita hēſ apđ te ut eoꝝ mihi nullū eē reliquū exēplū uelle uidearis.itaq; qđ ſū carminū opus aggreſſus fruſtra aggreſſus uidear:ſi ita mihi te familiarē præſtiteris ut non tua tibi ſolū ſed mea ēt eē tua uolueris. Quod ne turpiter uſu ueniat facito.mea oīa carmina ad me q̄primū redeant.Reliquiſti enim eorum apud me nihil.Vale mediolani ex ædibus noſtris:v.kal.Decembres.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus mēmo Gaze epiſcopo craſſetano ſal.

g Abriele mirabili qui tibi has lrās reddidit utor iā multos annos familiariſſime:& ſumma ē mihi cū eo amicitia:is nomine ducis Sphortiæ it legatus ad Alphōſum Regem legatione libera. Quare cum iſtac eēt iter facturus nō potui nihil ei dare ad te litterarū ut & te Gabriel:& tu gabrielem noſſes.Vale ex mediolano.iii.Kal.decembres.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus.Baptiſte Schacæ Barocio ſal.

q Vantum uideor intelligere maius te Dauum haberi q̄ Oedipoda:qui tū uterq; dici poſſis Carmina inquā mea mihi q̄primū reddito.Quod ſi meæ litterarū notæ fortaſſe te delectant tuis etiam ego contentus ſim Quod ſi neque mea ad me dederis nec alia ratione ſatiſfeceris officio tuo iur. mihi uel caſtigandus uel apertius monendus uideare:Vale mediolāi. ex ædibus noſtris.pridie Kal.decembres.M.cccc.l:

Franciſcus philelfus.Galeoto frumento ſal.

r Eddite mihi ſunt ſuauiſſime littere tuæ quas libenter accepi diligentiſſimeq; perlegi: Franciſco Aleardo nobili & diſertiſſimo adoleſcēti habeo gratias immortalis.q; eum amet cui ſe nouit eſſe cariſſimum:Et Veronam & uniuerſam ueronenſem nobilitatem maximi facio delectorq; eius conſuetudine plurimum Sunt enim natura Veronenſes tui omnes perhumani atq; liberales & ad bonarum artium ſtudia ita accōmodati.ut nulli hoīum generi cedant.itaq; tibi me Galeote: quem uideam mei amantiſſimum.non uerebor perſpicuam reddere ſnīam animi mei quamuis mihi ante hanc diem nunq̄ ſis cognitus ſfacito intelligam ſummā totius rei quo certi quod offeratur ubi intellexero poſſim non obſcure uoluntati tuæ gratificari quam & eſſe & fore eandem mihi pertinaciſſime decreui.nolim me tamen prudentie minus q̄ ſapientie laudatum iri.Vale ex mediolano pridie Kalendas decembres:M.cccc.l.

Franciſcus philelfus Andree alamano ſal.

Vo te magis ídies pſpicio.eo mihi humanitas tua ingeniiq́ fœcũditas dilucidior fit & clarior
q Me tuæ ꝓxime lr̃æ mirũimodum delectauit quippe quæ nõ minus amoris plenæ ſũmi erga
me tui.q̃diſertiſſimæ uiſæ ſunt:illud át mihi moleſtũ fuit quod hæ ꝑuenerint ad me quo tem
poris momento uir integerrimus religioſiſſimuſq́ ſacerdos frater Marianus is qui tibi reddidit hanc
epiſtolam erat continuo deceſſurus ad uos.itaq́ non potui quod uoluiſſem:ad ea reſpondere: quæ tũ
de uirtute:tum de fortuna locutus es.Sed reſpondebo poſtea.cum quid ocii nactus fuero.&ſi hoc mi/
hi uix unq̃ datur oío.interim te moneo atq́ hortor:ut nihil exiſtimes humanis in rebus uni uirtuti an
teponẽdum.Hæc enim ſola uiget ſapit:eſtq́ ímortalis:Reliqua omnia & uana ſunt & fragilia:planeq́
caduca.Quod ſi tecum diligenter animo uoluptatibus:tibi Salmacis datura ſit ſpolia.nõ tu illi.Ariſto/
telẽ de re domeſtica uehæmenter expecto.Aretinus ioannes is qui tuas mihi litteras reddidit renũcia
uit nomine tuo eſſe amantiſſimũ mei:id quod ſũma cum uoluptate au/
diui.Vale ex mediolano.iii.nonas decembres.M.cccc.l:

Franciſcus philelfus Andreæ Alamano ſal.

Vod nudiuſſeptimus reſpondere oío tibi non potui idq́ ob nuncii uelociorem ãbitionẽ.reſ/
q pondebo in preſentia minime auare. idq́ ſi minus fortaſſe ex ſnía tua at amice tamen:& ut ar
bitror.uero Primũ autem de me dicam quod abſte ultimo loco quæſitum eſt:Cupis.enim ſci
re quid agam quæ ſit uitæ inſtitutio & í quam philoſophorum ſectam deuenerim.Si ad unum hoc reſ
pondero quod de phía ſcripſiſti & inſtitutum meum & actionem uitœ facile cognoſcas.Cum multæ
ſint philoſophorum ſectæ quippe quas alii nouem alii decem exiſtimarunt.& marcus omnium latino
rum doctiſſimus & græcorum inferios nomine quinque & quadraginta numero eſt complexus ego
illam maxime diſciplinam ſequuor & ſequutus ſum ſemper:quam ab Anthiſtere profectam amplifi/
cauit zeno perfecit Chriſippus.illud duntaxat in bonis duco quod honeſtũ ſit.Honeſtum autem ipſũ
ſua ipſius ui atq́ dignitate non populari gloria definio.Vt aũt ſentio:ita & loquuor uiuo.Præter ho
mines impuros ac flagitioſos odi in uita neminem.Eos autem omnis qui præſeferunt ulla ſimulachra
uirtutis diligere obſeruareq́ conſueui.Huius autem uitæ inſtitutum cum ad alia plæraq́ digna laude:
tum ad ſatyras ſcribendas me compulit quo ꝑ uituperatiõem improborum hominum & laudationẽ
innocentium præſtantiſſimorumq́ uirorum cunctos ad uirtutẽ capeſſenda adhortarer aflatioq́ auerte
rem:Quæ autem corpori ſunt aut fortunæ quam fabulantur tributa cõmoda tantum uel colenda uel
admittenda cenſeo:quoad eorum uſus uirtuti expediat:Nam neq́ uirtutem incultam & ſqualidã . ne/
q́ nitidam nimis & elegantem probo:Qua ductus ſententia.quæ mihi natura largita ſunt corporis ad
probitatem adiumenta ſi qua tandem largita ſunt ea quantum in me fuerit ita tutatus ſum ut nihil eo/
rum deſiderem quæ aut ad dignitatem membrorum aut ad ſenſum integritatem attinent. Quæ ue/
ro extra corpus poſita uirtutis ſunt adminicula non tam ſequi ſtudioſe q̃ ueluti hoſpitaliter admittere
didici.Quo fit:ut qui minima fortuna contentus ſim ea neq́ abũdem nec etiam prorſus caream.quin
ea quo magis ab me ueluti negligitur eo ſe magis præſtat obſequentem & ita ſequitur ut interdum ẽt
fugienti pudorem iniiciat.Nam omnis actio uitæ meæ inſtituto reſpondet.Grandes in me opes : in/
genteſq́ pecuniæ florentiſſimarũ italiæ ciuitatum & munificẽtiſſimorum principum muneribus ſũt
collatæ.At mihi quottidie eſt tandem ac ſi nihil unq̃ collatum fuerit.Et cum nihil ſit nihil tamẽ deeſt:
íta mecum agitur diuina quadam benignitate.ut qui prope nihil habeam uideat omnia quodammo/
do poſſidere.Satis me locupletem ſemper opulentumq́ fori duxi ſi conſilia & cogitationes omnis ad
uirtutem Deumq́ referrem.Quid enim deeſſe cuiq̃ poteſt qui uirtute comite utatur ad Deum . Nul/
la ſane uidetur mihi neq́ cenſenda uirtus neq́ nominanda.quæ ad Deum tanquam ad ſummum incõ
mutabileq́ bonum non feratur.Hanc ego potius q̃ quorundam ſtoicorum q humanã gloriã popularis
illius & fucatæ honeſtatis nomine uenebantur ſententiam ſequens non ꝙ ſtultis hominibus ſed ꝙ ſa
pientibus Deoq́ probatũ iri putem ita bonũ iudico.ut aliud nihil ponam in bonis.nec inanem gloriã
huius mundi ſed ueram illam ac cœleſtem mihi ꝓpono gloriã.Quare quid de me ſtulti uel ſentiant:
uel loquantur non tam negligo q̃ cõtẽno neq́ honorẽ facio pluris q̃ ignominiã ſi ab improbis cõferat
nullius inſani minas aut inſidias pertimeſco.Me in omnis impuros & perditos æquæ acerrimum ho/
ſtem præbeo.Bonos autem & honeſtatis ſtudioſos.atq́ tui ſimiles unice diligo & admiror.Et hæc q̃/
dẽ de me iã hinc tãdẽ eatur in meſſẽ tuam.Ego ex tuis litteris quas in hanc diem binas ad me dediſti
totũ te uidere penituſq́ inſpicere uiſus ſum . Tuo ſum ingenio nõ mediocriter delectatus.nã & fœcũ/
diſſima ꝓbitatis ſæmina & eloquẽtie uim nõ mediocrẽ in te natura ineſſe aĩaduerti.Sed adoleſcentiæ
furor ita in te exæſtuat ut ꝑturbationũ ignibus neſcio quo pacto minorẽ te p̃ſtes id aũt uicio tibi dare
non auſim.non enim me latet rationis uſum diem ſolere afferre atq́ affirmare.neq́ prudentes naſci
mur nec ſapientes.Alterum doctrina gignit alterum longiſſimi uſus temporis & multarum uariarũq́
rerum præbet experientia.Quãdiu augeſcunt ſẽſus augeſcũt ẽt appetitus q uæhementiore quodã ipe
tu agitari rationi.quam ſequi ducem debent.reſiſtant atq́ aduerſantur.Quo fit.ut quod factu optimũ

ſequendúqꝫ dicta ratio id appetitus deprauatio perinde atqꝫ malum aſpernetur ac nolit. Hic omnis in
continentie manat furor. qui nos precipites ſcientis uidentiſqꝫ agat in miſerrimá ruiná exitii. Quid. in
quam de te ſentiam. quid uelim intelligis Video tibi ꝓpitiam admodú ac benigná adeſſe naturá inna-
ta habes plæraqꝫ omnia ad uirtuté ad iumenta. Dexteritate ingenii uales plurimú. ſed hæc ipſa uel in-
nata item aliqua uis perturbationum uel deprauata quædam conſuetudo neſcio quo nam pacto quan
tum uideor quidem ex tuis litteris conſequi: non parum impedit. fateris quod honeſtum ſit id eſſe ita
bonum ut aliud prope nihil exiſtimandum in bonis ducas. Deinde ſubdis te ita uiuere ut ea ſola admi-
reris: quæ plæriqꝫ mortales cum ſe illa maxime tenere arbitrant̃ præcipue in bonis admittunt: ac nũe
rant. Hi ſcilicet uel corporis uoluptate uel emoluméto bonum definientes. quaſi uirtutis nomen & ina
ne ſit: & caducum: & aliud nihil humano generi allaturum preter laborem atqꝫ egritudinem. Hæc enĩ
ſententia tuis uerbis quibus in epiſtola uſus es. facile colligitur eoqꝫ tádem omnis tua quaſi ad optimũ
quendam rerum omnium finem tendit oratio. Vt tibi uoluptaté in primis profuiſſe uelle uideris hác
ego ab humana fœlicitate nequaq̄ omnino reiicio ſed ita in ea cenſeo ineſſe ut fœlicitaté ueluti cõdi-
at non efficiat Nam de fœlicitate non idé ſenſerunt oés. ſed hanc alii natura effici putauerunt. ut & ma
gni & parui natura efficimur atqꝫ alio alii colore. Alii diſciplina id contingere poſſe argumentat̃: eé. n.
ſcientiá quadá fœlicitaté. nam ſcire fœlicitatem idẽ opinantur atqꝫ fœlicem eſſe ut eloquentiam ora-
torem eſſe oſtendit: Alii exercitationi cuipiam fœlicitatem dederunt permulta enim ſunt quæ neque
natura nobis inſunt neqꝫ doctrina comparant̃. ſed exercitatiõe quam conſuetudineqꝫ aſſequimur: nec
me latet quoſdam exiſtimaſſe fœlices hoíes reddi diuino quoddá afflatu qualis dictos legimus νυμφο
λήπτους & θεολήπτους eos q ab deo eſſent nymphaqꝫ corepti: ex quoꝝ numero fuiſſe tradũt
Tireſiá. Amphiaꝝ Calcháta. Ligurgú. nũmápõ. omniſqꝫ ſyllabas. pleriqꝫ ét & ſũt q uim oẽm fœlicitatiſ
fortuna definiát nec differre qcq̄ inter ſe uolũt fortunatú atqꝫ fœlicé hoíem. Naturá ualere plurimũ
ad fœlicitaté nõ ſum neſcius qñquidem ét ad uirtuté q̄ ſine fœlix eé nemo põt. ui habet nõ mediocré
Sed ut omnino non naſcimur ita ét nec fœlices perpulchrũ é. uirtuté diſcedere. ſed lõge pulchrius lon
geqꝫ præſtátius rear uti uirtute. non. n. qui cum diſcederit cõtinuo fit uir bonus niſi uſus quidá aſſiduus
exercitatioqꝫ acceſſerit. Nec ocioſam uirtuté probé nec dormitanté fœlicitaté: ſed uigilanté potius &
aliqd ſp magnũ præclaꝝqꝫ agenté. ná quo pacto illũ fœlicé arbitremur qui neqꝫ intelligat. nec agat qc-
q̄ humano dignũ ingenio. Diuinũ aũt ſpiritũ q ſuſcipiũt ſi qui tandé eũ ſuſcipiunt. nõ illos ſua. ſed diui-
na fœlicitate diuinos iudico. Secunda fortuna quæ dicitur qui fœlicitaté cenſent contineri ſi idẽ for-
tuná dicũt quod numeris ſuis omnibus cumulatá ꝑfectáqꝫ prudétiá Hi uirtuté maxime laudant. At in
his infirmis fragibilibuſqꝫ rebus. quæ omni mutabilitati tpoꝝ ſunt ſubiecte ſũmam fortunam ponerẽ
nihil é qđ accedat ad uirtuté proprius. Mométaneas auté res hmõi planeqꝫ caducas ita oñdis ꝓbare ti
bi ut aliud nihil iucundus putes. Et erras tu qdé plurimũ ſi ita ſentis ut loqueris. qui de fœlicitate ſũt exi
quiſitius diligétiuſqꝫ loquuti. eã tribus in rebus poſitá crediderũt. Nam alii prudentiá ſũmũ bonũ eé di
xerunt. eandé hi quidé prudétia appellantes. q̄ ſapientiá quæ tota in ueri inueſtigatiõe cognitioneqꝫ cõ
ſiſtit. Alii uirtute actiua cõſtare fœlicitaté: alii uoluptate putauerũt: primũ illud fœlicitatis genus totũ é
animi qui dum ueritaté cõtéplatur & Deũ reliqua oía ꝓ nihilo ducés ſe ipſo contétus é nullius re indi
gés planeqꝫ beatus. Qui actiõis moꝝqꝫ uirtuté adamarunt ſe hoíes eé meminerũt. itaqꝫ nõ animi ſolũ
ſed corporis quoqꝫ hñdá eſſe rationé ſuadét. Voluptaté duplicé eé ſimus alterá animi alterá corporis
Cyrenaicus Ariſtipus uoluptate corporis ſumũ bonũ cõſtare exiſtimauit. qua ipſa inre utráqꝫ uolupta
té ſecutus é epicurus q q̄uis improbet̃ a multis uideo tñ ab illo eá uoluptaté maxime omniũ laudari:
quæ ſit animi: quæ ſapientiá uirtutemqꝫ cõſequat̃. Et quæ alia fœlicitas noſtra nobis chriſtianis futura
é cum. Deum corá pñentéqꝫ uidere cõtéplariqꝫ licebit. Nõ ne imméſum quoddá & infinitũ gaudium:
id át oé gaudiũ nõ ne uel iucundus fiat uel cumulatius. cum animo corpus fuerit reſtitutũ cũ homines
omni ex parte puri defocatiqꝫ reuiuiſcét: Nec. n. aſpernat̃ Deus honeſtas corpis uoluptates. qui cũ gu-
ſtaſſet noluit bibere. Qui corporis ſuiqꝫ oblitus ſolá animi uoluptaté ſequit̃ is hẽt cõe quidá cum Py-
thagora & Socrate: quoꝝ alterũ in cõtéplatiõe ſuperioris. alteꝝ in actiõe inferioris uitæ maxima cum
uoluptate uerſatum accepimus: q̄q̄ quomõ corporis obliuiſci queat nõ intelligo qui uel ſe ipſum noſſe
uel aliquid recte agere inſtituerit Qui uero ita expetédam putat corporis uoluptatem: ut nihil habe-
at cum uirtute coniunctum nihil cum ſapientia. is mihi nõ multũ a languida quapiam & inerti pecude
uidetur differre. ſed qui ita ſeſe pareat ut animi per q̄diligentiſſime perſequatur & corporis item rectá
uoluptatem non aſpernetur Hunc eo maiore laude dignum puto quo illuſtrius eſt totum curare ho-
minem q̄ alteram hominis partem ſiquidem neqꝫ ſolus animus homo é nec corpus ſolum ſed q certo
conſtet & animo & corpore. Quo quidem meo prolixiore ſermone ſatis ſuperqꝫ mi Andrea uideris
admonitus. quid ego in epiſtola tua deſiderarim. Vidi abs te diſertiſſime uim naturamqꝫ honeſtatis la
udari. cuius etiam teſtudioſum facile declaraſti. deinde in illam cõmodoꝝ uoluptatiſqꝫ rationé neſcio
q ita delapſus es ut uirtuté oém q̄ſi conténédá. deſpiciendá: & nihil oío faciédam aſſereres Quæ q̄q̄ te
ſimulatione q̄dá potius ſcripſiſſe reor: quo me ad reſpõdédũ ueluti ꝓuocares: Volui tamen ſenex &
Phileſus ut tu adoleſcés & alamanus ex me quoqꝫ intelligeres quæ tibi non eé ignota crediderĩ oíum
primum eé a ſtudédũ ſic artibus animi ut nullius omnino partis aut ignarus ſis. aut negligens deinde

corporis eſſe habendam curam quæ animi naturæ dignitatiq; reſpondeat qđ ſi feceris ſicuti certe facies non difficile futurum exiſtimo:ut totius hominis tuaq; uoluptate q̄ſuauiſſime perfruaris. Vale ex mediolano.vi.idus decembres.M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Sphortiæ ſecundo ſal.

p Eto abs te in maioré modū:ut & qđ mihi curam recepiſti:& ex ꝓximis meis litteris audiꝛ potuiſti.id apud patrem tuū præſtantiſſimū & munificentiſſimū principem q̄primū & q̄optime cōficias.Hac mihi re neq; gratius quicq̄:neq; magis neceſſarium præſtare potes. Vale ex mediolāo.pridie idus Decembres.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus.Saluté Dicit plurimā Sphortiæ ſecundo.

p Etiˉabs te ꝓximis litteris ſecundum qđ etiā nunc tertiū & peto & te quoq; ſi pateris rogo ut rem meā apud principé nr̄um munificentiſſimum patré tuū ubi minus confeceris cōficias ut mihi abiés corā recepiſti in hūc dié neq; tu reſpōdiſti quicq̄.nec ex alio ſum certior factus quid egeris aut nō egeris.itaq; aut reſponde q̄primū.aut equū mitte quo uehar ad uos. Nā ſi ad uos uenero facile futuꝝ ſuſpicor.ne uacuus mediolanū repetā.præſertim cū iam inſtet Natalis xp̄ianus q p̄cipes ſolent ad beneficētiā exhortari. Vale ex mediolano.decimoquinto.Kal.ianu.M.cccc.l.

Franciſcus philelfus Saluté plurimā dicit Facino forobro nunciano.

u Ideo te nimis lautū factū:q nihil reſpōdeas ne amicis quidem Deus malefaciat iſtis nūmis:qb9 ita ſuperbus redderis.ut nos.ſ.mores cōtēnas præ te.Quod ſi ſcires tibi ré eé cū ſatyro.n̄ mō nō taceres:ſed eés loq̄citate ipſa loq̄tior. Si mihi equus eét:aduolaré ad uos q̄primū ut qđ uos amici negligitis.ego p̄ſens uel efficeré uel cōficeré Vale ex mediolano.xv.kal.ianua:M.cccc.l.

Franciſcus philelfus.Nicodemo tranchedino Saluté plurimā dicit:

q Vod & princeps nr̄ fran.Spho.tibi abeunti iuſſerat:& ipſe uerbis pluribꝰ abs te petii ſi minus ī hāc dié cōficere potuiſti.ut cōficias tādé cupio.hac.n.una re neq; gratius qcq̄ p̄ſtaꝛ queas nec ét iucūdius. At q beneficiū illud quis nō libéter cōferat qđ ī is qué cōferamus maximi ſit facturus.& eo tñ uſurus nō ſit. Sic enim tamen ſumus liberales ut ex hm̄oi nr̄a liberalitate neq; moleſtiæ neq; incōmodi qcq̄ accipimus. Tenes quid uelim. Vale ex mediolano.xv.kal.ianuarias. M cccc.l.

Franciſcus philelfus facino forobro nunciano ſalu.

s I cōmode fieri abſte pōt.huc hodie uenias peto. Sū.n.tecū quedā cōmétaturus. Quare uelī ne differas.neq; cōmitas ut te potius excuſandū cūctatiōis quā laudādū ꝓperatiōis oñdas.. Vale mediolani ex ædibus noſtris Kal.ianuarias.anno a Natali xp̄iano.M.cccc.li:

Franciſcus philelfus.S.D.P.ioanni mario filio:

p Oſteaq̄ a nobis abiiſti.de te nihil accepimus.itaq; nō poſſumus nō uereri ne quid tibi qđ nolimus acciderit. Nā hoſpes ille ad qué diuerteras nocte cuius ꝓximo die hinc ꝓfectus es mediolanū mō ueniens renunciauit te cū es apud ſe hoſpitatus. uiſum eé e ſtomacho laborare & de caupone queſtum apud qué prādiſſes. Quare uelim me facias de te tuiſq; conſiliis certioré.nam ſi uales quid iſtic tépus inaniter teras neſcio ſin minus uales danda é opera ne tua negligentia ſis peiore cōditione. Vale ex mediolano.y.idus ianuarias. M..cccc.li·

Franciſcus philelfus Andræ almano ſalu.

c Vm nihil in hāc dié te uideo meis ad te litteris rn̄diſſe.facile adducor ut credā te τὴν ἀχόνη-νον τῷ ρῶ τοῖς μαζέω αι quā ipſe q̄ti faciundā puté.potuiſti ex ꝓxima lōgiore illa epiſtola n̄ difficile noſce.ignoſco āt tibi qppe q nō mō uxoré duxeris:cui obieq te τὸν νεήγαμον non oīo abſurdū é.mō mediocriter oīa. Vale ex mediolano quarto idus ianuarias.M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Laurentio Gyni filio ſalu:

n On poſſum officiū tuū nō accuſare:ꝗ tā diu ſilentiū egeris. Nec.n.mei oblitus eé dés qué mirifice diligere cōſueuiſti.nec ét pytagoreus factus es tam repéte:q eloquutionis ſtudio maximo oīum inſeruire didiſceris:nec te ſuperbū factū ego puto.q humanitate & māſuetudine nemini cædas.itaq; ſi te iure accuſatū malis facito ꝓpediem intelligā quid in cā fuerit:ut tanto ſilentio te dederis. Vale ex mediolano idibus ianuariis.M.cccc.li:

Franciſcus philelfus Auguſtino Dato ſalu.

n Vlla rōe adduci poſſum qn credā te mei eé amātiſſimū.a quo ſis pulcherrimæ īſtitutus.ſed non poſum nō mirari.ꝗ nihil litteris obſterpas.q quottidie cū apud uos ageré me pulcherrimis tuis ſuauiſſimiſq; epiſtolis ueluti laceſſeres. Nūc uero totus es mutus:q quo es factus lingua ſolutiore:eo te ioquatiorem eé oportuit. Vale ex mediolano idibus ianuariis. M:cccc.li.

Franciſcus philelfus.S.D:P.franciſco patricio.

q Vam de te philelfus ſit benemeritus:eloquentiæ & erūditionis nomen:ꝗ es per omnem italiam non mediocre neq; obſcurum adeptus facile declarat. Quo fit ut non neſcius eſſe debeas q̄ te gratum cauſa oporteat.quod enim maius in quemquam beneficium conferri poteſt quā diſciplinæ & eloquentiæ quibus rebus non modo cæteris omnibus animantibus.ſed ipſis quoque præſtamus hominibus qui nihil ſupra hominem ſapiunt. Deſidero igitur officium tuum his in rebꝰ qbus a nobis uel inſtitutus es uel cōfirmatus:ni tacendi fortaſſe q̄ loquendi arté profiteri malit Vale ex

Mediolano idibus ianuariis. M.cccc.li.

Franciſcus Philelfus Ioanni Simonetæ ſal.

Vnquā me de te mea fefellit opinio:q non minus me dilligas q̄ ab me amari ītellexeris:amor
n autē erga te meus quātus ſit.nō re minnsiq̄ opinione cognoſces.Emori malim q̄ iuri īgratus
iudicari Beneficio affecti q ſeſe ingratitudinis accuſari noluerunt.alii aurū &argētū alii marga
ritas & gēmas:alii aliud fortunæ bonū qđ dicit̄ retribuere cōſuerūt.Ego āt beneficos didici quantū
& humanū & meū preſtare poteſt ingeniū ex hominibus deos reddere.& ea īmortalitate donare:quā
laudis gloriæq; æternitas afferre ſolet.Quid de me tibi ſperandū ſit liquido potes aīaduertere Tuum
āt munus ē: ut quod ꝓpediē fore ſignificaſti id ita fiat:ut non illud uetus ac Virgilii ꝓuerbiū incuriſſe
uideatur:Tarde uenere bubulci. Nihil eſt enim neceſſitate potentius: Vale ex Mediolano.decimo Ka
len.februarias..M.cccc.li:

Franciſcus philelfus.Mario'filio ſal.

Vm præſbyter iſte florētinus q has tibi litteras r̄ddidit.eēt finariū redditūrus: petiit ſi quid eſ
a ſet q̄ ſcribere ad te uellē.id fidei ſuæ diligētiæq; crederē itaq; ex eo audies mentē meā de rebꝰ
tuis eandē ſcilicet:quā ex ꝓximis litteris quas redditas tibi arbitror accipere potuiſti Frāciſcuſ
ille alexandrinus eruditiſſimus medicus improbat uæhementer cūctationē tuā nō ſolum iſtic ſed eti
am Maſſiliæ.Hortaturq; ut Renatum Regem:qui te plurimum diligit aſſidue ſequaris.Sic.enim & di
gnitatem ſimul & rem non mediocriter aſſequuturum.Quod ut facias non ſolum probo ſed etiam
iubeo Mariam nurum & neptem ioannam bene ualere opto.Vale ex mediolano.vii.Kalen.februari
as.M.cccc.li.

Fran.phi.Sphortiæ ſecundo ſal.

Vdio Matthiam tuum uel noſtrum potius ex patria reuertiſſe.Quod cum & eius & tua cau
a ſa.qui hominem uæhementer diligis.tum item meā non poſſum plurimū nō lætari:quippe q̄
nequaquā dubitem iſtum ſecū atuliſſe Strabonem quē diſertiſſimus Blundus flauius egoq; tā
ſæpe ac multum non petiuimus ab eo ſolum:ſed ſummo ſtudio petiuimus orauimus . obſecrauimus :
nec.n.adduci poſſum ut Strabo eſſe Triuii coniectum in ſempiternas tenebras nam non īhumanitatē
libertatēq; Matthiæ.itaq; rogo te iſti nuncies uerbis meis iucūdum eſſe mihi redditum ſuum ad te.ue
rum multo fore iucundiorē:ſi Strabonem ad philelfum ſuum quamprimū dederit . De re pecuniaria
heri ſcripſi ad principem Antonius hic longus longā mihi ſpē dat quam ego quod ad noſtrum Gaſpa
rem eruditiſſimum medicum ſcripſi.prætio emere nullo pacto inſtitui.Vale ſpes mea ex mediolano
pridie Kal.februarias :M.cccc.li:

Frāciſcus philelfus.S.D.P.Lanceloto Cardinali Leucoſiæ.

Vm te libertati tuæ ac priſtine dignitati tuæ reſtitutū accepiſſem.uix dici quæat. quanta ſum
c lætitia gaudioq; affectus.nō eni potuerā nō dolere te talē tantūq; pontificē coniectū in carce
rem:qui bonoꝝ omnium innocētiumq; uiroꝝ & ꝓfugium eſſes & portus itaq; tibi ampliſſi
mo patri maiorē inmodū gratulor mihi autem lætor plurimum q̄ dolorem quem ex indigna tua ca
ptiuitate acerbiſſimum acceperam audita nuper iſtiuſmodi liberatio tua in maximam mihi uolupta
tem uerterit. Vale ex mediolano.Kal.Febru.

Franciſcus philelfus Blaſio axeretenſi equiti aurato.

Am eſt in lumine.itaq; a te peto ut quas hyeme plantas illas ficulneas ad me dare ueluti periti
i or agricola noluiſti:nunc tandem dare incipias.niſi fortaſſe quod nolim moleſte feras res ul
las bonas fore tibi communes cum aliis.nam ſi pluribus rogari te cupias non poſſum tibi ue
reri ne uel inuidiæ uel obtrectatiōis ſis accuſandus quas quidem perturbatiōes indignas arbitror ma
gnitudine animi tui.cupio item plantas prunorum damaſcenorum:Vale ex mediolano. Quarto no
nas Februarias .M.cccc.li.

Franciſcus philelfus Karolo Regi francoꝝ.S.D.P.

Vm tuas ego res bellicas diu mecum Rex Karole multumq; cogitaui unus profecto uiſus es
c quem uniuerſa chriſtiana reſpublica:antis ac tam diuturnis flectibus agitata concupitæ exop
tateq; quietis atq; tranquillitatis auctorem ſit tandem habitura.nam ſi uerum ſine cuiuſquam
inuidia fateri licet poſteaq; impia & immanis illa ſceleratiſſima mahumeti ſecta inualuit nullum eſt uſ
quam hominum genus.cui plus debeat Chriſtiana religio .q̄ inuictæ francorum nobiliſſimæque uir
tuti.Cum reliqui enim fere omnes & Reges & populi chriſtiani ignauo quoddam animi torpere tan
quam elanguiſſent:ſoli franci inuenti ſunt:qui ingenti animo & excelſo omnem barbarorum & infi
delium impetum non modo ſuſtinuerint. ſed repreſſerint:quid inquam repræſſerint.immo fuderint
fugarint.oppreſſerint.Nam italiæ uires quamquam & ualidæ ſint & maximæ tamen quia' neſcio quo
infelici fato inteſtinis ſeditionibus inimicitiiſq; laborare diſcere.neque potuerunt omnino nec item
poſſunt oſtendere. quantum ui prudentiæ : & animi robore uigent florent atque antecellunt . Soli
franci.ſoli francorum principes & reges in omni chriſtianorum numero auſi ſunt chriſtianæ utilitati
ſemper & dignitati conſulere. itaque maiorem inmodum dolendum erat tantum inualuiſſe uim de
monum: ut quæ una gens eſſet in nomine chriſtiano.quæ ad pietatem & gloriam nata uideretur ea
tamdiu domeſticis cladibus exerceretur.ſed ſinit interdum Deus eos urgeri auerſis rebꝰ quos hēt cari

oris idq; ut arbitror.non tam quo experiatur fidem & conſtantiam hominum quam multo prius no
rit quæ futura ut de quo is detur ueluti promerendi materia cumulatior & illuſtrior.Quare cum Tho
bias cum iob cum res tolerantiſſimus ille:Dauid tantas ac tam intollerabilis ærumnas perpeſi ſūt quo
ſe aduerſus Deum geſſere ſubmiſſioris.eo magis illos & ope ſua.& ſuis ſecundis rebus Deus dignatus
eſt.Sic enim deus tū maxime prodeſt.cum maxime uidetur affligere.tum per huiuſmodi calamitates
atq; cruciatus reſipiſcendi cæteris exemplum afferri ſolet.Dolendum profecto erat bonis chriſtianis
Rex karole.quod Chriſtianiſſimū genus hominū te Rege pientiſſimo tam diu tam grauiter:tanta ma
lorum molle præmeretur.At ego cum me ipſum colligo.& mente diligentius rem uoluto facile uide
or intelligere id omne diuino quoddam conſilio factum eſſe:Oſtendere Deus uoluit:ut opinor.nullā
eſſe humanam potentiam.que ꝓpriis conſiliis atq; adiminiculis aut perpetua eſſe poſſit aut diuturna
ſi diuino preſidio careat. Quamobrem iccirco paululum ueluti a francis ſecedere uiſus eſt:quo & per
fideliſſimi populi flagella infidelibus cunctis minaretur interritum.& cum te francis uenerabiliorē.tū
uniuerſis tuis ſuiſq; hoſtibus formidabiliorē efficeret.Tua certe pietate.& diuina quadam ope & auxi
lio factum ē.ut eos omnis.qui perinde atq; ſtulti &amentes at te deferant ad ſanitatem tua cum gloria
uideas rediiſſe.De ipſo duce imperatore uexilli fero non mō patritum atq; auitum regnū cū imortali
tatis nomine recuperaſti ſed longe id admodū amolificaſti.ſtabiliſti.ornaſti:Nam ſi magna res eſt fe
rociſſimos anglorum impetus ſuſtinere quanto maior cenſeri debet Anglos ſuperare proſternare in
terimere.Has autem tales tantaſq; uictorias ī rebus præſertim deſperatis & perditis exiſtimare debes
neq; tuis.nec ullis humanis opibus te adeptum ſed diuina potius quadam mente quæ Chriſti an ſueq;
reipublice diuturna ægrotatione morboq; confecte tuo fœliciſſimo ductu.tuis ſecūdiſſimis auſpiciis
iam tandem ſuccurere mederiq; conſtituit.Quare te Rex Karole etiam atq; etiam rogo. utquāquā ne
q; mei neq; cuiuſquā conſilii nullius admonitionis nullius cohortationis indiges.pacatis iam & com
poſitis rebus tuis mentem atq; animum tuum omnem ita excites atq; armes ī peſtiferos & impios ho
ſtes Chriſti ut tanto tamq; ſempiterno beneficio ornatus non gratitudinis minus lauderis q̄ cæteraꝝ
omnium uirtutum conſueſti: Duo ſunt infidelium genera quæ populum chriſtianum maximis de
trimentis ærumniſq; affecerunt quottidieq; afficiunt turci & ſarrhaceni quaꝝ alteri parua ſeruoꝝ ma
nu ægypto.ſyria iudea tribus opulētiſſimis ꝓuinciis ꝑ noſtram negligentiam occupati cyprū. Rodū.
ac reliquas finitimas inſulas indies magis magiſq; populantur.Turci uero nulla ſua ſed xp̄ianorum pe
cunia conducto peregrino milite & eo quidem non admodum multo:id ſunt bellandi aſſiduitate aſſe
quuti:ut qui fugitiui ſcytarum ſerui exhorrentibus illis cautibus uaſti Caucaſi in præſidia ſeſe ac medi
am mendici & famelici recepiſſent.nunc nemine ut ita dixerim repugnante intra ſinum adriaticū nō
ita longe ab italia conſederint.quin ſi uelint ad paucas horas eo ſint traiecturi hos autem qui ſunt quaſi
quædam ſarrhacenorum propugnacula & ſi iampridem chriſtiana uirtus non difficile ſuperare ſubiu
gareq; potuerat iā cum uel imperatus ī eos uel imprudentius itur fit ut & prudentes illi parati exiſtim
tur.Hac una re factum eſt ut & rex Sigiſmundus annos natus quattuor & uiginti incautius hoſtem nō
omnino incallidum agreſſus fugæ turpiſſimæ terga dederit:& Vladiſlaus rex admodum adoleſcens
cum annis ſuperioribus ſuum maluiſſet q̄ ioannis uaiuodæ peritiſſimi ducis qui iam bis & iterum tur
cos ingenti clade percuſſerat conſilium ſequi cum nō mediocri chriſtiani exercitus detrimento interi
erit & anno proximo idem ioannes uaiuoda qui antea ſæpenumero trophœa de turcis pulcherrima
ſtatuiſſet cum eoſdem hoſtes adhortus fortiſſime iam plan uertiſſet in fugam coactus fuerit per ſuo
rum militum incōſtantiam:Ceterūq; perfidiam non ſine nagno chriſtianoꝝ uulnere ab eo bello di
ſcedere.ita fit ut uel imperatorum inſcitia uel timiditate militum uel diſſolutione quodam hoſtiū con
temptu.quos uinci iampridem & uenire ſub haſta aut mactari oportuiſſet.uictores ipſi inſolenteſque
uideantur Eoq; ab his audaciæ itum ē ut cæteris ferē omnibus xp̄ianis pro nihilo habitis ſolos ſibi me
tuendos ducant & francos & italos quos alteros ſæpe mari alteros uero q̄nq; terra nō ſine ſua maxi
ma pernitie pugnantis experti ſunt Sed qm̄ nō ignoran uires italicas hoc tempore ut antea ſæpe mu
tuis inter ſe odiis ac bellis digladiari ſoli ipſi franci ſunt reliq quos formident quippe quos audeāt poſt
tam multas præclaraſq; uictorias quas de anglis germaniſq; ſunt adepti quē æque inter chriſtianos ti
meant hoſtem habere neminē.Vnde cum ſciant uirtutem francorum ocioſam natura eſſe non poſſe
& eoſdē præterea:iuſtas habere cauſas ulciſcendi ſummum inde in ſeſe malum breui putant emanatu
rū præſertim eodem uno te rege fortiſſimo & belli duce ſapientiſſimo & prudentiſſimo caſtroꝝ īpe
ratore & uiro plane optimo & hominibus ſimul deoq; cariſſimo. Quæ cū ita ſint reliqna tria eē aīad
uerto q̄ oñdam primū ꝙ a deo id bellum neceſſarium ē ut nullo pacto ꝑtermiti queat. Alteꝝ uero qd
ea res facta eſt admodum facilis ſi ratione & cōſilio gubernet.Extremum āt erit ut ꝓbē q̄ingentē uti
litatē hoc idē bellum ſua ſit uictoria tibi xp̄ianiſq; allatuꝝ Quid.n.in uita hoīum magis neceſſariū cen
ſeri debet q̄ aut id maxime omniū ſequi quod honeſtum ſit aut id oī ope atq; opera aſpernari ꝙ affe
rat ſecum ullā turpitudinis fœditatē.Non.n.ad cibum ac potum nō ad pruriētē corporis uoluptatē q̄
ipſa uobis cum pecudibus ſunt nomina.ſed ad decus dignitatēq; nati ſumus iccirco uobis mens data ē
immortalis ac diuina ut immortalitati ſeruientes Dei ſimus q̄ſimillimi & quo pacto proprius ad deū
accedimus q̄ per beneficentiam & iuſtitiam.Tunc deum maxime imitamur.cū aliis benefacimus cū

iuſti ſumus.Quibus rebus eo eſt magis anobis ſtudendum.ꝙ non ſolum gloriam huius mūdi:quæ q̄n tacunq; eſt tota eſt breuis planeq; inanis ſed multo magis cœleſtem illam atq; ſempiternā aſſequimur nec ille mihi iuſte uideri ſolet.qui noceat nemini:id quod etiam cum pleriſq; aliis animantibus eſt uo bis cōe:ſed qui uel proſit cum poteſt:uel propulſet iniuriam.nō enim ſolis nobis natura nos genuit ſed his omnibus quos intelligentiæ uis rationiſq; uirtutis immortali quadam forma inſign uit.at qui ut is abhorret a dignitate naturæ qui iniuſtus ſit:qui nil opis nil adiumenti conferat in humanum genus ita hic admodum præſefert naturæ bonitatem qui ad comunem hominum ſalutem atq; ornamentum ſe ſe natum meminerit:Quod ſi honeſtum eſt ob cōis hominum utilitates nullos labores:nulla pericula fugere q̄nto hōeſtius & ꝑclarius duci cōuenit id facer̄ nō ꝑ hoīes ſolū ſed ꝑ Deū ꝑ Saluatorē nr̄m ꝑpter Chriſtum optimū maximū.Qui nullo a nobis officio prouocatꝰ ultro ſe noſtra cauſa morti de derit.Dum ſarrhaceni dum turci xp̄ianis nocent per omnē iniurie contumeliā cui demū nocent Non immortali Deo nonhumani generis ſaluatori non chriſto ipſi dn̄o redemptori noſtro.Et quibus in iuriis quibus contumeliis nocet nefaria illa immaniſq; barbaria quibus certe nihil crudelius nihil duri us nihil ſpurcius.nihil abhōinabilibus uel dici uel excogitari poſſit.Hōinibus chriſtiāis & ſacerdotibus non pro calonibus & lyxis ſed pro iumentis etiam utuntur.His uehunt his arant his fodiunt his abie ctiſſima exercent omnia erubeſcendaq; miniſteria.Quod ſi qui ſe homines & chriſtianos reminiſcen tes minus æquo animo indignitatem tulerint continuo torquantur per extremos corporis cruciatus decoriantur uerubus ſuffiguntur:ſæcantur.rota īſuuntur per acerbiſſimas membrorum omnium fra ctiones.Oh miſeram.Oh.infelicem conditiouem chriſtianæ religionis.Hæc chriſtiani principes audi untur.hec ſciunt hec ſentiunt hec miti animo fieri patiuntur.Nam quid ego dicam de ſpurciſſ ma &te terrima execrabilis intemperantie fœditate quā ſi quis animo generoſior perpeti noluerit aut defodi tur aut exciditur · num his omnibus iniuriis ac ꝓbris Chriſtus afficitur quando quidem ob eius no men Chriſtianis inferuntur.num decet chriſtianiſſimum regem pati nomen chriſtianum tam tetro: tam horribili.tā deteſtabili dedecore ſcelerati.num Ludouicus ille rex ſanctiſſimus qui primus regū omnium chriſtianiſſimus dictus eſt pateretur ſi uiueret.tā turpem contumelie notam inuri chriſtiane dignitati qui primum ut ſtaret conuentis ut iurandum ſeruaret ut illud quod honeſtum dicimus tue retur exhauſit theſauros ſuos omnis & quam anno ſuperiore cœperat cum ingenti preda Damiatam hoc enim nominē Canopum appellant reſtituit ſarrhacenis deinde comparato rurſus ex uniuerſa ga lia italiaq; & ſicilia exercitu ob eandem uim honeſtatis in africam traiecit eo conſilio ea mente ut non modo acceptam antea in egypto calamitatem ulciſceretur.Sed omnem impuriſſimi mahumeti indi gniſſimam ſuperſtitionem funditus tolleret e terra uiuentium.id quod facile effeciſſet niſi peſtilentie ui correptus apud tyneta quam obſederat una cum filio ludouico Albaniq; Cardinali infinito pœne chriſtianorum numero ex hac lege migraſſet.Hec ēt ratiōe Karolus ille gentilis tuus & rebus geſtis & cognomento magnus imitatus Karolum martellum auū.qui ſarrhacennos ad trecenta milia & ápliuſ interemerat ubi poſt captiuitatem Deſiderii ultimi lomgobardorum regis italicas res omnis cōpoſui ſet:& ab Leone ſumo pontifice:id ꝙ anteaiconſtituerat.Hadrianus inſignibus imperii romani eēt or natus quūprimū in ulteriorem galliam reuertiſſet non tam contentus preſerti laude quin maiorem q̄ dā & clariorē animo meditatus robuſtis firmiſſimiſq; copiis hiſpaniam petit.Ea enim per id tempo ris ſceleratis perditi mahumeti ſectatoribus ſeruiebat Tota erat inretro ſarrhacenoꝝ & flagitioſiſſimo dn̄atu.Diuturnū fuit ꝑiculoſiſſimūq; bellum multe pugne multe utrinque clades euentus uarii.Sed tā dem effectum eſt diuina benignitate ut prudentia & perſeueratia imperatoris exercituſq; uirtute iidē impii hoſtes xp̄i eque fuerint extrema calamitate preſſi.ut eiuſdem perfidie ſocii ad aſperum mōtem aphri abeodē Karolo deleti ſunt non ne eadē fuit hōeſtatis cauſa Ludouico pio huius Karoli magni fi lio dum tanto cum labore.atq; periculo liberauit urbē Romam duriſſimo ſarrhacenorum iugo q ſul tani egyptiorum ductu p nefariā quorūdā Romanoꝝ cōiuratiōem initaliam fuerant acceſſiti nam ꝙ aliud deſideriū fuiſſe credimus Francis illis reliquiſq; gallis q duce Gotthifredo ubi in aſiam perueniſ ſent ſarrhacenos apud damaſcum pugna ſuperarunt apud antiochiā Perſas & Turcos contriuerūt me ſopotaniā oēm recuperarunt ac rurſus ſarrhacenis in ſyria ad internitionem uſq; ꝓfligatis. marrhaq; ac barcha populoſiſſimis munitiſſimiſq; urbibus expugnatis ſanctā ciuitatē uniuerſamq; paleſtinā . ꝙ Henrico tercio imperante fecerat itē Boamundus erubeſcēda infidelium ſeruitute liberarunt poſſe deruntq; mirabili cū xp̄iani noīs incremēto annos octo & octaginta ad ſaladini uſq; tēpeſtatē qui non tam aut ſua aut turcoꝝ quoꝝ Amyras poſtea factus eſt uel prudentia uel uirtute q̄ noſtroꝝ inſcitia at ꝗ ignauia Guidonē & ipſum francū hieroſolymoꝝ regem iniquo prelio cœpit & reliquis xp̄ianis ad internitiū actis Remandū quoq; optimū & fortiſſimū uiꝝ ac reꝝ bellicarum peritiſſimū uiuū ad ſe ꝑ ductū ira excandeſcēs gladio cōfoſſū occidit & ita ꝙ ſine lachrymis meminiſſe non poſſum terram ſā ctam.xp̄iq; Domicilium ſpurciſſimi mahumeti ganeo dicauit.Et fuit his unus Saladinis qui tantā pe ſtem tantam pernitiē tantum deniq; exitiū ac pœne interitū xp̄iane reip.intulit Et ille quidem Saladi nus fuit qui & turcus & ottomanus hac tanta & chriſtianis tā infelici uictoria elatus tantum ſibi nomē & dignitatem peperit ut & unus omnium primus ex ottomana familia incredibili turchorum omni um conſenſu rex quem Amyrā uocant creatus fuerit & ita in animos illorum barbarorum influxerit

ut alium ſui generis Amyrā ꝙ ottomaum quēpiā in hác diē patiantur nemīnē. Ex ea uero tēpeſtate ſi. bi ſanctam ciuitatem omnēq; iudeā xpiani tanta clade amiſiſſent. & Alexius cōnenus imperator con. ſtātinopolitanus latrocinādi turcis uberem iuſtāq; materiam præſtitiſſet idēq; rliqui deinceps eiuſmo di nōnulli imperatores ſtuduiſſent ita noſtrorum ſecordia & inertia res turcoꝝ mirabili incremento aucte amplificatæq; ſunt ut non tam de recuperandis hieroſolymis ſperandum eē uideat ꝙ formidan dum de amittenda Roma Videmus uniuerſam fere Aſiam a phenicibus & medis ad helleſpontū uſ. q; turcorum tyrannidi parere in Europam uero iā anno cirſiter cēteſimo helleſpōto ſuperato accerſi. ti ſunt a Theodoro cantacuzeno aduerſus generum ſuum quē & ſocer & tutor conſtantinopolitano ī perio antea fraudaſſet ioannē palæologum admodum adoleſcentem dum ſimulant fallaciſſimi latro nes auxiliū illaturos illi de liro ſeni. Callipolim & Cheroneſum primo deinde totam prope thraciam occupant. Myſos: Macedōas. Theſſalos omnis. Boetios uniuerſam greciam ætolos. Epyrotas. illiricoſ ad intimā uſq; Dalmatiā oīa præmunt teterrima ſeruitute. īſulæ pœne oēs quæ ſinu hadriatico ad ma re ponticū iacent uaſtatæ iam plane & deſolatæ ſunt nō mō nō qeſcunt aut ulla ex parte remittuntur efferatæ belluæ: ſed quottidie magis atq; magis ut ſunt & præde & cædis auidi nunc Getas qui trans iſtrum incolunt nunc in accolas germanos & ungaros impetum faciunt idq; aſſequuti iam ſunt aſſidu ituate latrocinandi ut reliquis fere omnibus poſt terga ſuperatis xpianis hinc italiæ illinc germaniæ re gno tuo finitime terrori eſſe iam incipiant Dum enim noſtri aut illos contemnunt aut negligunt ihác reꝝ calamitatem ac dedecus non tam incidimus ꝙ deuenimus itaq; ſatis perſpicue intelligi puto ꝙ ho neſtum ſit aduerſus eos bellum ſuſcipere quibus ſeruire non minus turpe & fœdum ſit ꝙ ærumnoſum & miſerum Quare ſi id eſt maxime natura neceſſarium quod ſit honeſtum non obſcure tibi perſuaſū arbitror Rex Karole eſſe tui & officii & numeris qui chriſtianiſſimus inter principes chriſtianos. & dicaris & ſis quinq; & iuſticia debeas omnibus & benefaciendi ſtudio longiſſime præſtare huic tantæ chriſtianæ religionis ignominiæ ac ꝓbo ꝙprimū conſulere. Videmus a uiris ſapientibus quoſdam lau datos qui propter inanē quandam huius mundi gloriam nō tam ꝙ honeſtū eēt. ꝙ ꝙ honeſtū uideret. inuita ſecuti ſunt, qua ratione ducti & L. iunius Brutus. & M. Manlius torquatus filios cedi uirgis ob. truncariq; iuſſerunt. Et id quidē illi preſentes intuēteſq; Phileni uero: & Codrus. Curtius ac Decius ſe ſe pro patria deuouerunt. Multiq; alii permulta feciſſe tradunt illius honeſtatis ſtudio quam popula, ris fama glorioſam facit. Nam qui ueram gloriam ſectati ſunt non ex illa gentilitate ſed aut ex uetere aut nouo teſtamento ſpectari cōuenit quales Habraam. Lot. moyſen fuiſſe legimus quoꝝ ille ut eſſet apud Deū glorioſius ne filium quidem īmolare dubitauit at moyſes ut in ſuos beneficentia uteret cō tēpta omni mundana gloria cum maiori utilioriq; populo præfici poſſet ſupplici præce a Deo peciit: ut. ſe ipſum potius ꝙ iudeū populum interimeret uel ingratum. Lot uero ut ſodomorū perfidia ab his auerteret quos hoſpitio ſuſcepiſſet ne filias quidem uirgines illorum libidini īmanitatiq; offerre atq; dedere ueritus ē cum aliter eam iniuriæ contumeliā propulſare non poſſet. Tu autem Rex Karole pa tieris uniuerſum ut ita dixerim dei populū obſcœne atq; ſpurciſſime turcoꝝ & ſarrhacenoꝝ intēperā tiæ tam turpiter tāq; flagitioſe ſeruire. non tibi potius optandum eſt ſi ſit opus. uel ingenti ꝓbitate & laude. Lodouicū filiū uel te etiā ipſum morti tradere pro ſalute populi Chriſtiani tamdiu multumq; fa gellati atque contriti imitatus ſcilicet non apoſtolos ſolum reliquoſq; martires ſed Chriſtum ipſū ihe ſum q cū & deus eēt & ſūmi dei filius pro ſalute humani generis mortē ſuā hominū morti prætulit. an ſumus ignari ſaluū fieri poſſe neminē niſi qui crucē ferat quā ipſe tulerit. Quid qđ ea ē huius belli faci litas. ut nō tā de noſtra dubitandū ꝙ de infidelium preda & nece ſperandū certo ſit Nā erat illud quod ab me ſecūdo loco dicendū ꝓpoſueram. Quibus in bello uincitur ea numero tria eſſe puto imperato ris pſtantiam militum multitudinē ac robur & pecuniarie rei cōmodū: Sunt enim nummi perinde at, q; nerui quidam rerum bellicarum. Quæ quidem omnia & nobis ad futura ſi talis ac tāta res ductu tuo imperioq; geratur. & illis defutura nō eſt obſcurū. nam ut de ui nūmoꝝ conticeſcam quibus te atq; re gnum tuum mirabiliter affluere oēs ſciunt is tibi exercitus eſt qui & magnus & firmus: & ꝗdiutiſſime aſſidua militia ſūma cū laude exercitatus aduerſus maximas eaſdēq; oīum maxime formidabiles An, glorū uires ue uniuerſum quidem hoīum genus ꝑtimeſcat. magnæ laudi datum ē: C. iulio Cæſari qđ britannos difficili bello ſuperaſſet qui & Libeꝝ & Herculē peritiſſimos duos & clariſſimos potentiſ ſimoſq; duces uertiſſent aliquando in fugam & a nemine ipſi unꝗ eēnt ſuperati. At eoſdē ab anglis ñ modo ſuperatos & uictos ſed patrio ſolo exterminatos oſtendit Gallia Quanto autem angli ſint fran cis tuis inferiores frequentes permagneq; de his habitæ in hanc diem a te uictorie declararunt. impe, ratoris preſtantiā duabus rebus cōſtare puto prudentia & uirtute quibus ipſis & auctoritas oīs & eue tus ꝓſperi pariunt. Nam ratio & conſilium cum oībus in rebus plurimū ualet tum in bello gerendo maxime. Qui enī rei militaris & imperii ſit ignarus recte agere nihil pōt neq; pugnando. neq; impe, rando. nam ſiue quorundā perfidia factū fuerit ſiue nutu quodā dei qui quos amat arguit & caſtigat: quo ſeſe cognoſcentes eruditiores fiant ab uſq; puero in hanc etatem iam ingraueſcētem ita belli ſp uerſatus es ut nullū te oīno neq; militis neq; imperatoris munus uſus nullus: ratio nulla latere qat Vir tute aūt tanta es ꝗta Rex unꝗ alius neq; fuit nec eē poſſit Quem enim te uno iuſtiorē. quē beneficētio rem aut uidemus. aut audiuimus aut legimus de humanitate de modeſtia de facilitate tua qd atinet

dicere q cũ ceteris omnibus noîs chriſtiani principibus.& regibus dignitate uiribus:& gloria antecel/
lis te intimis ét oîbus partem geras quoſcũq; illuſtri aliquo probitatis ſimulacro preditos eé pſpicias.
Quibus quidé artibus p fœliciſſimos reꝝ exitus quos prudétiæ uirtutis interuentu deus ipſe preſtare
cõſueuit tantam es auctoritaté adeptus.ut & deo tuiſq; cariſſimis & cũctis mortalibus nõ uenerabilis
minus quá formidabilis uideare Quoniá igiť ea oîa tecũ habes quibus facilis uictoria paritur quid eſt
qd te ab hmõi bello remorari debeat nam hæc ĩfidelibus ſecus ſunt oîa.Dicam primũ de ſarrhacenis
de turcis poſtea ſi de mahumeto ipſo totius illoꝝ ſuperſtitionis & ĩpietatis principe pauca antea pcur
reo fuit enim Mahumetus cyreanico genere natus anno a natali chriſtiano ſexcẽteſimo uigeſimoſex
to nulla parentũ claritudine cognitus nullis opibus ſolus prorſus & nullarũ uiriũ nullarũq; neruorum
Hic admodum puer captus a ſarrhacenis qui inſignes habentur ĩter arabes latrociniis uenit Abdimo
nepli mercatori qui ſe iſmahelitico genere ortum diceret.is quoniá careret filiis cœpit primo mahũe/
tum tractare liberalius qua quidem re factum é ut Abdimoneplis filius diceretur mahumetꝰ.eratque
homo ille ſimulator diſſimulatorq; uerſutus:rapax:& ĩpurus & omni flagitione in primis obnoxius:q
mox ubi adoleſſet mercatoris illius pecũioſi famulus camellos agebat cum mercibus per aegyptũ ſy
riam Palæſtiná.perq; alios peregrinos locos.Quibus itineribus iterum atq; iteꝝ repetitis uſus ſæpe/
numero tum iudeorum tum Chriſtianorum conſuetudine non tam diſcere quam deprauare ſtuduit
& uetus & nouũ ſacrarum ſcripturaꝝ teſtamentum.Nam acumen ingenii in animo facinoroſo peio/
rem in partem oîa ſp interpťatur cũ hmõi miniſterio mecatori domino fidem falleret redditusq; eét
continuis furtis & ſuſpectus & inuiſus omnibus ex obſcuro ſeruo factus inſignis latro.Erat enim & aſ
pectu ferus & uoce terribilis & gladiatorio quodam robore corporis metuẽdus breui temporis cur/
riculo & nũmos ſibi & eius ſceleris participes ſocios q̃pluirimos cõparauit.Et ita apud gentes barba/
ras in admirationem cum ueniſſet generis iſmehelitici uiduam eamq; loclupletem cardigenam duxit
uxorem quæ cum illius ægrotationem ægre ferret utpote ſæpenumero corruentis morbo comitiali
qué in ipſũ nimia uiuoſitate ac reliqua uitæ atq; uictus intemperantia inciderat mox homo ueterator
& pditus.ut ea ſe purgaret infamia ſimulabat id propterea ſibi accidere quoniam ſplẽdorem Angeli
Gabrielis quem mentiebatur ad ſe miſſum ab deo nuncium cõmẽtandi gratia uentitare ferre nõ poſ
ſet nec eſſe morbum comitialem ſed quá extaſin uocant Huius autem uxoris opibus elatus homo fur
cifer ad ĩmaniora facinora conuertit animũ itaq; & ſuo deprauato ingenio ad omné audaciá prõptus
& ſergii Matthæi ue dolo flagitioſiſſimi monachi cõfirmatus in tãtá breui apud arabas oẽs exiſtimati
onem uenit mõ ſe iudeũ mõ chriſtiannm ſimulans cũ nihil omnino ſani ſaperet ut maximis de nuuci
us maximuſq; propheta uulgo haberetur.Cum enim colũbam quá ſpiritũ ſanctũ latro calidiſſimus eé
qui ſecum loqueretť iactitabat aſſueſeciſſet in aure ſua paſci ac tauꝝ quendá ex occulto eius audita alti
ore uoce ad ſe feſtinare algoranũ cornibus alligatum ſic enim legi quam ſectatoribus ſuis tradidit no
men erat cæteraſq; quas ipſe ante cum Sergio cõpoſuerat falaciſſimas ſcripturas ſibi ueluti deferre &
in ſuas manus a quibus ſolis pabulum capere didiciſſet tanq̃ deponere facile perſuaſit hominibus uen
tri & ſomno deditis ſuos omnis peſtiferos inſanoſq; cogitatus.Quibus inſidiis factum é ut iam aude/
ret non latrociniis ſolum ſed aperto marte aduerſus romanoꝝ imperium arma capere.Nam cum ex
eius ſectatoribus non mediocris numerus in Romanis legibus militaret quo tempore Heraclius ĩpe/
rator ſtipendia partiretur muneraq; in milites ſarrhacenis etiam ipſis ſtipendium petentibus reſpon
ſum eſt a quæſtoribus eam diſtributionem non eſſe canibus conſtitutá.Nam ſarrhaceni ipſi quaſi car/
rhaceni apud arabas quoq; habiti erant infames itaq; irritati eo reſponſo ſarrhaceni cum illico in ara/
biam ad mahumetum rediiſſent & illum & reliquos ſarrhacenos non difficulter ad defectionem bel·
lumq; concitarunt Qui facto ſtatim in ſyriam impetu non tam ſuis uiribus q̃ noſtrorũ frœti negligẽ
tia Damaſcum petunt infeſtis ſignis·Quaquidem urbe terrore potius q̃ ui ſuperatis in campo dama/
ſcenis intra mœniaq; compulſis confeſtim potiti ſunt eamq; diripuerunt.Et quod nihil arbitror mon
ſtroſius accidiſſe humano generi ea in urbe primum templum mahumeto magnificum dicatum é di
uiniq; honores inſtituti publice coactiq; damaſceni impudicũ illlius cultum & nefariam legé accipere
et quoniam non ego.mahumeti referre flagia quæq; ſceleraq; inſtitui ſed ex iis quæ ſunt ,ppe modũ
ĩfinita quædam pauca ueluti deliberare redditus hac illa uictoria ſucceſſibuſq; ferocior uidens nihil a
Romanorum imperatore inultionem illatæ contumeliæ parari aduerſus ſeſe ita dormitantibus chri
ſtianis bellum mouet aduerſus finitimos perſas a quibus ſibi maxime metuebat Regnabat per id tem
poris in perſis Choſrohes qui etiam ipſe ut in ſaniebat animo diuinos ſibi honores præſtari uoluerat
is conductis turcis qui tribularii & tanquam ſerui ſcytharum intra caueas clauſtra aſperrimaſq; cautes
incolebant ſarrhacenis occurit.Concuritur undiq; igitur pugna ingenti & apparatu & animo.Vulne
rantur utrinq; multi capiuntur occiduntur Superatus tandem ingenti clade Mahumetus ĩ fugam uer
titur deformi uulnere excepto infaciem A turcis inquam his ſuperatus eſt uulneratuſq; mahumetus:
a quorum nunc poſteritate maxime colitur q̃q̃ non tam ſuperſtitione ducũtur turci q̃ illecebris & diſ/
ſolutiore uiuendi licentia.nam uerſutus ille & callidus ueterator quo facilius imperitos populos atque
rudis ad ſe traduceret omne libidinis & uoluptatis genus ſua lege permiſit:Vini aũt uſum icirco pro
hibuit quo facilius celaret ſuſpicioné illius morbi qui ſe uino obrutum iampridé corripuiſſet.nam ui/

num intemperantius ſumptũ & gignit & fouet morbũ comitialẽ intimo quodam ſuo uæhementiſſi-
moq; ſpiritu. His. n. meatibus obturatis q̃bus fit reſpiratio. uel mors continuo uel morbus comitialis
cõſequat̃ neceſſe eſt Non igitur religione turci qua nullam tenent nõ ſupſtitione quã nullã pluris q̃ re-
ligionẽ faciunt: quippe q̃bus nulla neq; dei nec animi cura ſit nullus metus: nullus cogitatus ſed diſſolu-
tiſſima quadã uiuendi licẽtia qui mahumeti uires in perfide proſtrauiſſent. & in Mahumeti faciem in-
honeſtũ uulnus inflixiſſent eius ſe tandẽ ſectæ nefarie ſocios adiderunt. ipſe ãt mahumetus plurimus
bellis geſtis aliis ſecundis aduerſus aliis poſteaq̃ annos in ſuis uel erroribus uel ſceleribus uixiſſet qua-
draginta ueneno periit arabia ꝑ Gradigenæ uxoris cognatos & ſuum quendã cõſobrinũ : quo tẽpore
ab eoꝝ inſidiis rediiſſet qui cũ mercatoꝝ camelis Suria iter faciebant: Sarrhacenos autem turci & ſi ſp-
exoſi inſectatiq; ſunt tamen ut mahumeticæ ſuperſtitioni ſe aſciſcerent hoc fuit in cauſa iam uniuerſa.
Africa parebat ſarrhacenis & magna exparte Aſia cũ turci nõ multo ſupra mileſimũ annũ a natali xpi-
ano cœperunt aperto marte uæhementius eos urgere. Nam ubi eos diutius in Aſia eminere indigna-
rentur regẽ creant nomine Sabochũ qui de occupanda. Aſia continuo cogitans quo id facilius aſſeque-
retur ſe Mahumeti cultorẽ ſi multat idq; non tam dei q̃ hominũ metu quos ſibi cupiebat conciliare. ita
q; conteſtatus eſt illi Gallipho quẽ illi ueluti pontificẽ maximũ uenerant̃ ſe de conſtituta mahumati re-
ligione nihil oĩo mutaturũ cæteꝝ nolle erubeſcendũ ſarrhacenoꝝ nomẽ in Aſia excellere Quare bre-
ui cuncti illi ſarrhaceni q̃ arabes ſunt a turcis eiiciuntur ex aſia redacti hi ſane ad priſtina latrocinia qui-
bus in hanc etiã diẽ maxime oĩum ſtudent diſſipati atq; diſperſi non per locos ſolũ aſperrimos ægyp-
to. Syſie & palæſtinæ finitimos ſed ꝑ oẽm Africæ ſollicitudinẽ pulſis ꝓfligatiſq; ſarrhacenis res turco-
rũ per Virogriſſam qui poſt Sabochi obitũ regnũ excepit nõ mediocre cœperunt incrementum. is. n.
cũ reliquũ. Aſie quodcunq; ſarrhacenis ſeruierat ſubegit tum per multas ꝓclaras urbes q̃ Romano pa-
rebant imperio ui expugnauit cœpitq; in Bithinia Succedit Virogriſſe archotus propinquus qui pri-
mus ſubigurat in meſopotamia urbem ampliſſimã Rhobain deinde Seleucia & Laodicea captis urbi-
bus & reliqua prouincia in deditionem accepta regni ſedem Mendi conſtituit: ac regium induit diade-
ma eſt que Sultanus ſalutatus Et ne uidear oẽm hiſtoriam recenſere confeſtim admodum fit uel turco-
rum diligentia uel negligentia chriſtianorum principum ut græcis ex uniuerſa Aſia eiectis illi ad helle-
ſpontum uſq; oĩa ſubigarint nec multo poſt in europam traiecerint a chriſtianis accerſiti aduerſus xpi-
anos Nam quod modo dicebã quũ Theodorus cantacuzenus ægre & iniquo animo ferret eo ſe ſpoli-
atum q; imperiũ circũſcriptor occuparat. Turcos in thraciam intulit aduerſus Ro. imperatorem ioan-
nem palæo logum ſeniorẽ illũ gereꝝ ſuũ & auum huius Conſtantini imperatoris manuelis filii. Quæ
una res q̃ calamitoſa q̃que funeſta & fuit & eſt chriſtianæ religioni non obſcure docent tot tantæq; ꝓ-
uincie quæ turcis in europa erũnoſiſſime ſeruiunt. Et ut ſummatĩ accipias Rex Karole q̃ qualeſq; ſunt
turcoꝝ uires uix ad ſexaginta hoĩum milia exercitus oĩs aſcendit pedibuſq; conflatus. Viginti milia cõ-
parantur ex aſia. Ad quadraginta milia ex iis prouinciis quas in europa tenent occupatas. Et ne hi qui-
dem milites turci ſunt omnes ſed ingens chriſtianorũ numerus quibus Turcus ſuperbiſſimæ domina-
tur uel inuitus in expeditionem agitur. Et erant ſane ſexanginta hoĩum milia cum nuper anno uigeſi-
motertio agebã in Thraciam apud ioannem imperatorem manuelis item filium. nunc autem quãto
minor eorum ſit pumerus facilis ſit coniectura: ſi ea clades conſideretur qua & bis & iterum proxi-
mis annis ad internitionẽ uſq; ab uno ioanne Vaiuoda redacti ſunt tot robuſti fortiſſimiq; exercitus.
nã q; audiamus ducẽtã & trecẽta milia hoĩum cõplere turcoꝝ exercitus ſane ñ trecentamilia ſed quot-
quot Xerxes fertur duxiſſe aduerſus græciam quinquies etiam decies cẽtena hominũ milia dũmodo
ſint oẽs ruſtici & paſtores nullis recti nullis muniti armis quibus aut offẽdant aut ſe tuent̃ iampridem
turcorum uires exhauſte penitus exinanitæq; ſunt quo tempore meſſageta ille Tomiris cognomẽto:
Tanberlanus Baiſeten cirycis patrẽ & huius mahũeti proauũ Amorathonati cũ. xl. hominum milibus
uicit cœpit ĩteremit. itaq; turcoꝝ uires ita extenuatæ ſunt: ita fracta ut nullo pacto ambigẽdũ ſit de ui-
ctoria quæ eo certior ẽ futura quo ad debilitatẽ exercitus accedit ĩperatoris infirmitas Video laudatũ
a ſapiẽtibus illũ atheniẽſem Chabriam q dictitare ſit ſolitus multo eſſe formidabiliorem ceruoꝝ ex-
ercitũ ductu Leonis q̃ leonũ Ceruo duce. Quod ſi exercitus tuus Rex karole tum his completur. ho-
minibus qui & corporis robore & animi magnitudine leones omnes atq; inſuperabiles dici poſſunt
tum uno te duce imperatoreq; utuntur qui cunctos mortalis fortitudine & ſapientia inferioris oſten-
das: nũ dubites integer atque ingens cum turcorum reliquis congredi: qui & ipſi quaſi cerui timidi fu-
gaceſq; ſunt: & meticuloſiſſimo duci parent eidẽq; ſtultiſſimo puero. Erat certe huius Mahumeti pa-
ter Amorathus qui modo aĩam efflauit: & uerſutus & callidus rerumq; bellicarũ ſcientiſſimus. Cuius
unius peritia & conſilio factum eſt ut fugatis etiam ad Barnam profligatiſq; turcis fere oĩbus e uicto
uictor per effrenatam uladiſlai adoleſcentis audaciam imprudentiamq; euaſerit: & anno item proxi-
mo ad quintũdecimũ kal. nouembris per Getarum ad ſe defectionem uehementi clade intriballis un-
garos & bohemos a quibus acerrime urgeretur. effecerit. Omnis turcorum ſpes que uno in Amora-
tho poſita erat & conſtituta: nunc in eius filio Mahumeto nutat ac languet. is enim annos natus uix-
dum uiginti arma nunq̃ tractauit: Nec ſani q̃cq̃ã aut didicit: aut audiuit. Totus eſt in potu totus inue-
nere. Reliqui uero aut centuriones: aut tribuni militũ qui bellandi gloria ducerentur inſignes in illis

pluribus illuſtribuſq; uictoriis quas de turcis ioannes Vaiuoda adeptus ē oēs ꝓpe modū periere quæ
cū ita ſint.qd eſt p imortalē deū:qd te Rex Karole a tanta & tā certa uincedi ſpe retardare debeat tāta
pſertim oblata uel occaſione uel oportunitate.Nō.n.tēpus ipſum dūtaxat poſt tot & tā illuſtris tamq;
honeſtiſſimas uictorias tuas pacatis iā & cōpoſitis rebus Galliæ te excitare:atq; iſlamare debet ad hoc
bellū ſuſcipiendū nō facile minus q̄ neceſſariū in tanta ībecillitate turcicaꝝ reꝝ ſed etiā quā deus ipſe
attulit locoꝝ ad turcos inuadēdo cōmoditas.Demetrius palæologus Manuellis ēt ipſe iperatoris fili/
us peloponenſiū regno nuper eſt potitus.excelſo aīo & ſūma uirtute princeps.is eſt ut uir chriſtianiſſi
mus & iniuriis ēt maximis affectus a turcis nihil oīum magis cupit magis optat q̄ turcoꝝ interitū. Eſt
āt peloponeſſus regio adeo rebus oībus munita ut nihil eē queat munitius.Circundat̄ undiq; hinc Io/
nio inde ægeo pelago cū aſperrimis & tutiſſimis promōtoris.iſthmo ſecernit̄ a cōtinente reliquo quē
murus ꝑpetuus atq; inexpugnabilis ab altero ad alterū mare ſæpit.Habet intus & fœcundiſſimos col
les & campos uberrimos rebuſq; oībus refertiſſimos quos hoīum uictus cultuſq; deſideret.Vnius dici
nauigatio te cū uniuerſo chriſtianoꝝ exercitu ſæcundis Ventoꝝ flatibus ex promotorio tarentino in
peloponeſſum deuehat.inde in turcos æque facillimus tibi atq; tutiſſimus pateat impetus.Nec patiat̄.
Demetrius ſe tante laudis atq; gloriæ exptem fore ſed ipſe quoq; in expeditionē & pugnā prodeat cū
ſagittariis decē millibus & equitatibus ad quadraginta milia.Quod ſi e brunduſio uelis ſoluere.C.ſcili/
cet Cæſarem imitatus in agrū cyrrachinū illico tibi obuiā fiat Harrianites uir bellicoſiſſimus & turcis
inimiciſſimus qui uniuerſus albanis dominat̄. Nā q̄q̄ italiæ principes mutuis inter ſe odiis diſſident:
nemo tamen futurus ſit.qui tibi in tanto & tā pio tanq̄ ſalutifero facinore audeat aduerſari pſertim ni
colao q̄nto Romanoꝝ pontifice maximo cuius ſapientiā grauitatem innocētiā ſanctimoniā quaſi nu
men aliqd̄ uniuerſa colit italia. Ac fiet forte fortuna:ut ſpero:ut ipſi etiā italiæ prīcipes depoſitis ſimul
tatibus & diſcordiis mutuis te uenientē nō inuiti comitent̄:in opere tam ſancto.tāq; pclaro: Quod ſi
unus ſolus Fran.Spor.Mediolanē.dux te comitari inſtituerit id qd̄ indubitato faciet ſi pacari italiā ſen
ſerit nō mō turci & ſarrhaceni q dn̄r ſed uninerſi hoſtes chriſtiani nominis ad ſanitatē redeant.Vide/
mus enim hunc Franciſcū Pphorciā tui ꝓfecto nominis ac generis amantiſſimū neſcio quo natū ſide/
re qbus educatū inſtitutis qua dei benignitate fretū nſq; adeo anteire laudibus rei militaris uniuerſū
fere hoīum genus:ut nihil tam magnū tā difficile tā inexpugnabile ſit qd̄ nō agēdi & aggredi & ſupe/
rare audeat ſibiq; ſubmittere itaq; proſtratis & uictis oībus italiæ exercitibus nullius ope nullius auxi/
lio hmōi principatus mirabili ſua diuinaq; uirtute potitus ē quo nullus in italia eſt preſtātior:nullus fir
mior nullus formidabilior.Sin āt itinere malis in turcos q̄ nauigatiōe uti iſtud tibi p finitimā germani
am & pannoniā ē futurū.Facile te ſequantur & germani ipſi non iuiti & hungari ioanneſq; ipſe Vaiuo
da libentiſſime maioribus ēt copiis q̄ ſit opus.Sequantur triballi duce Georgio fortiſſimo & pruden/
tiſſimo principe.Sequantur.ii.Gete oēs qui ad iſtrū & euxinū icolūt eo ptinacius fidem ſeruaturi quo
ſuperiore anno cū defeciſſent ad turcos īgēti numero ab illis ſunt interepti q̄q̄ nullis tibi auxiliis opus
eſt nullo comitatu.Soli certe franci ſatis ſint ſuperq; futuri quoꝝ ferociā atq; ipetū ne dicā non ſuſti/
nere turci ſed ne contra aſpicere quidē preferāt.Nā ſuperatis & uictis turcis de ſarrhacenis nullū ē ne
gotiū.Nā qui uero ſunt ſarrhaceni eos iam p ridē ab ipſis turcis rege Sabocho ex omni Aſiæ imperio
in ſolitudines eiectos oſtendimus ad priſtinaq; latrocinia redactos nullis certis ducibus circūquaq; paſ
ſim uagantes:nullo principatu nullis legibus.Qui āt hac tempeſtate ſarrhaceni nominant̄ quibus egy
ptus patet.& Syria & Palæſtina:hi oēs ſimul cū ſultano ſerui ſunt uænates trans mare eo aduecti ad ſū
mū uiginti milia:Nec ex una quapiā empti natiōe.Sed alii ſunt Sauromatæ alii Sarmatæ alii Gotthi:
Alii ex alia gente ac lingua qui pro ui coacti a patria religione rituq; defecere deiñ illecebraꝝ uenefico
deliniti Mahumetiſte nō tā redditi ſunt q̄ ſimulati.Huiuſmodi uero ſerui tria illa opulētiſſima regna
ita iugo intollerabili ſubegerunt ut alii nemini q̄ ipſis ut arma ferre aut equū inſcēdere liceat neq; alid̄
liberale q̄cq̄ quā uel agriculturā & paſtoralē uel mercaturā uel tabernariā exercere.Quinetiā præter
calones aliud calciamēti genus induere ægiptiis & Syris & iis qui iudæā icolūt nullū oīo licet.itaq; oēs
illi populi ita molles effœminatiq; ſunt:ut uirile quicq̄ neq; ſapiant neq; uelint:Tantula uero ſeruorū
manus q maiore ex parte chriſtiani extiterint:qd ſit aduerſus te uel conatura uel auſura nō intelligo p
ſertim cū ſenſerint ſubiugatos turcos qui ſunt ueluti ꝓpugnacula atq; munitiones mahumetiſtarū om
niū Aduerſus illo uero cū tranſitū tū ēt comeatū paret ac præbeat nō alexius quiſpiā ſed Cōſtantinus
iperator qui ēt ipſe ut ē pio & excelſo aīo cū oībus ut ita loquar reliquis illius orientalis īperii quæ cō/
fectis turcoꝝ uiribus ualidiſſimæ ſunt futuræ nō ſolū i expeditionē te comitabit̄ ſed libēter & magni
fice comitabit̄.Nomen autē cōſtātinopolitani imperii in uniuerſa aſia & ſanctū habet̄ & uenerabile
Quapropter quū perſpicue poſſis aīaduertere rex Karole ad belli huius neceſſitatē eiuſmodi conficiē
di facilitatē accedere ut nihil ſit de ſūma uictoria ambigendū te fortiſſimi & omnibus rebus ornatiſſi
mi exercitus ſapientiſſimo atq; optimo imperatore utere obſecro tanta hac reꝝ occaſione quā tem/
pus tibi atq; deus attulit nec patere ut hoīum culpa fractæ atq; interēptæ hoſtiū infideliū uires reuiui
ſcant recreent̄ inſtaurentur.Quod ſi honeſtatis ratio qua nihil eē oportet apud animū generoſū ma/
gnificūq; antiquius:nō omnino eam uim habet ut ſua nos ſpecie ad res maximas pulcherrimaſq; alli/
ciat præſtat id ſaltē uis & magnitudo utilitatis qua ex hac tanta.& tam perfacili uictoria nobis noſtriſ

que poſteris cōparabimus:Nam cum ipſe Rex Karole maximum & florentiſſimū adipiſceris imperi
um tū hi oēs qui te ſequenť ingentis ampliſſimaſq̨ opes conſequentur: Videmus nullas eē reconditas
adeo longiſſimeq̨ poſitas atq̨ inuias regiōes quas ꝑ ſūma terræ mariſq̨ pericula mortales ipſi cōparā
di auri gratia nō petere cōſueuerint & quottidie petant.nā ſi res geſtas Perſei Herculis.Liberi ex anti
quitatis monumentis repetere uelimus nō magis eos gloria ductos q̄ utilitatis magnitudine excitatos
longinqua aſperrimaq̨ bella quæſiſſe īueniamus.Quæ quidē una ratio græcos etiā illos potiuſq̄ ullus
Helenæ raptus quem fabulantur armauit aduerſus aſiam.Et galli itē ipſi cū ſperatis alpibus ad padum
conſederunt:& hoꝶ poſteri quū inuaſerunt cluſinū agrū ac ſemel & iterū aduerſus Romanos moue
rūt arma:re nulla magiſq̄ emolumentis īpulſi ſunt.Sic æneas in Italiā uenit.Anthenor ī Venetiam.qđ
aut legimus.aut audiuimus q̄ copias egerit aduerſus Scythas.Nā quū oīum gentium pauperrimi:libe
re ſinūtur uagari in cāpis nullis urbibus nullis mœnibus nullis muniti ædibus aut tectis.At aduerſus au
rum & argētum aduerſus opes ampliſſimas facile animi hominū accerſuntur.Quod ſi quottidie Gal
li.Hiſpani.Germani.itali ꝑ oēmconteptum atque contumeliam uertantur mercatores & tanq̄ mer
cenarii quidam ſerui adipiſcendæ utilitatis gratia inter opulentiſſimas turcoꝶ ſarrhacenorumq̨ regi
ones.quanto maior futura ſit quāto cumulatior glorioſiſq̨ utilitatis ſi id facere licuerit te uictore & do
mino.Vt enim maxima conticeſcam & ferociſſima regna quæ in Europa turci ꝑmunt teterrima ſer
uitute ut de tam latis tam uariis.tam amœnis tam abundatiſſimis rerum oīum regionibus.quæ cogū
tur in Aſia parere turcis nihil prorſus loquar tria illa dūtaxat ſeruorum regna ægyptus Syria.Palæſti
na de omnis generis diuitiis cum uniuerſo genere hominum contendere nō dubitent.nam ægyptus
ut Philo iudæus grauiſſimus teſtis eſt ſola ex orbe terraꝶ hyemē non patitur:Sed tribus annis diſtribu
ta temperataq̨ tēporibus uere æſtate autūno neq̨ niuē nouit nec moleſtā imbrium tempeſtatem.per
ſaluberrimi nili uiciſſitudinem ſuis temporibus humefactata.atq̨ demolita ultro fert oīa quibus homi
num uita uel alitur uel ornatur.Syria uero quanti ſit faciunda:promiſſio diuina teſtata eſt.Nam pro
miſſionis tarram quam deus omnipotens populo ſuo conſtituit:iudæam eſſe ſcimus.Hæc autem Sy
riæ eſt pars.Quod quum ſua natura hæc tria regna cæteris omnibus orbis terræ regionibus anteeūt
bonitate ſoli:accedit etiam chriſtianorum hominum frequentatio qui quicquid aut argenti aut auri a
aut margarite & gēme apud reliquas gentes & populos reperitur eo important:quo aliquid inde illa
tum rerum exportent quarum illi ſunt diuites & nos pauperes:Quanta igitur & ad te & ad chriſtiāos
oīs emolumenta ſint peruentura ex hac tua tam pulchra tamfacili de turcis ſarrhaceniſq̨ uictoria tum
dilucidius cognoſces quum tot illorum & tam opulentiſſimoꝶ regnorum magnificentiam atq̨ am
plitudinem animo tacitus metiere.Nec eſt tibi præterea ſubuerendum nequid aduerſus te tumultus ī
Francia aut in reliqua tua Gallia per anglos inſurgat quum exercitū aduerſus infideles eduxeris.nā ne
q̨ ipſi angli ullo modo patiantur ut ſunt homines religioni dediti ſe tam piæ tam ſenectæ tam glorio
ſæ expeditionis expartes duci:Sed poſitis & proſtratis cunctis ſimultatibus propter Chriſtum alacres
te ſequentur imitati ſcilicet maiores ſuos qui ſemper francorum regibus & ſocios ſeſe & comites aſci
uerunt quotiens aduerſus infideles bellatū eſt Quin eo te magis angli admirabuntur uenerabunť que
quo animaduerſent te quaſi e bellicoſiſſimo qnodam Romulo religioſiſſimum nūmam redditum.ad
hæc habes Lodouicum filium cunctis animi uirtutibus gloriæq̨ ſplendoribus q̄ ſimillimum tui quem
ſiue regni preſidio ſiue ducendo exercitui prefeceris & tuæ & chriſtianorum uniuerſæ reipu.non ſa
pienter ſolum ſed etiam fœliciſſimæ ꝓuidebis.Age igitur Chriſto duce:ac ꝓpugnatore Rex Karole
huic bello tam neceſſario:tam honeſto:tam glorioſo pro tua uel pietate uel beneficentia mentem om
nem aīumq̨ intende.Noli pro tua iuſtitia eos multos pati quos uel tueri debeas uel ornare.Quod ſi
nulla difficultas nullus labor deterere te debet ab hoc pulcherrimo honorificētiſſimoq̨ facinore uide
quæſo quid tibi faciendum ſit tanta ex hoc bello propoſita non facili ſolum ſed ſperata certaq̨ uicto
ria.præſertim q̨ ad mundanam & ad cæleſtem gloriam plurimorum quoque ampliſſimoꝶq̨ regno
rum & ingentes opes in te ſint:& clariſſima imperia peruentura.Bellum tibi omne futurum eſt cum
agreſtibus incultiſq̨ hominibus cum latronibus:cum fugitiuis cum uænalibus abiectiſſimiſq̨ ſeruis:q
dum neglecti cōtemptuiq̨ habentur:tanquam imbelles languidæ quæ pecudes:non mediocris tene
bras noſtra culpa chriſtianæ luci infunderunt.Hinc & Sigiſmundus rex audacia potius q̄ prudentia
uſus comite per ingentē Francæ nobilitatis ſtragē inauditūq̨ ludibriū ē a Baiſeta illo turpiter ſupera
tus.& Rex Vladiſlaus in profligata uictoria ꝑ Amorathū periiť Hinc Ianus Rex Cypriorum capta ua
ſtataq̨ patria in cathenas ad ægyptiorum ſultanum tractus eſt Hinc Aphrica uniuerſa & magna ex
parte Aſia ſeruit impuriſſimis flagitioſiſſimiſq̨ barbaris En ſentimus iam italiæ germaniæq̨ ueſtibu
la teneri a turcis pulſari ſores concuti irrumpi.Hæc excitamur nec urgemur nec impellimur: ut no
bis ſaltem ipſis poſteriſq̨ noſtris conſulamus:Qui nos tantus uel ſopor uel ſtupor inuaſit:ut quaſi mē
tis atque ſenſus inopes uidentes:ſcienteſq̨ perire.quam in tam facili tam illuſtri tam amplā conducibi
li q̨ uictoria & noſtram ulciſci & ſummi dei iniuriam malimus.ſurge iam tandem Rex Karole.Te ip
ſum excita:hortare:compara:ut reliquis chriſtianis principibus:ac regibus dignitate præſtes:ita tibi
oī ope atq̨ opera ſtudendū eſt ut abſolutiſſime uirtute his omnibꝰ & uera gloria ſcis ſuperior.uiciſti
Anglos:Recuperaſti patriam.Et pulchrum id certe fuit & laudabile:Iuſticiæ enim munus in te ipſum

tuoſq contuliſti. Verum chriſtianus aduerſus chriſtianos arma ſumpſiſti. Sed quanto pulchrius erit:& glorioſius:ſi idem feceris in turcos & ſarrhacenos:a quibus non tua ſolum:ſed Chriſti patria ſpoliatus ſis. Quæ uetus tibi patria. Nonne Troie. Quæ olim Teucria dicebatur. Ex hac enim Franco & Teucro profecti ſunt in pannoniam primum:deinde per ſuos poſteros in germaniam: demum in Galliam iſtam tranſalpinam fortiſſimi illi quidem & præſtātiſſimi auctores tui nominis & generis: At hoc tempore pro Teucria & Troia Turcia uidemus appellari. Nam hi omnes qui turci Troianiq dici conſueuerunt:ab infami & effœtta turcorum immanitate oppreſſi ſunt. Idem turci Hieroſolymam. uniuerſamq iudæam tot patriarcharum & prophetarum patriam:intemeratæ Mariæ uirginis ſaluatoriſque domicilio chriſtianis ac francis eripuerunt: & cum īfinito pœne francorum numero Guidonem regem crudeliſſime trucidarunt. Heu nos miſeros atque infœlices. Si tot uerberibus tot exemplis admoniti reſpicere inuiamq redire neglegimus:quæ nobis ſpes reliqua ſit futura:ſi beneficiis etiam prouocati diuinaq miſericordiam benignitatemq contemnamus? Eſt igitur uel ſapientiæ uel officii tui ex Karole:ut uel ultionis in turcos & ſarrhacenos uel gratitudinis erga :deum ratione ductus enſem: quem tamdiu ac multum in chriſtianas acies non iniuria diſtrinxiſti.eum in ſceleratiſſimos Chriſti hoſtes:ſit acuas & cruentes pro tua pietate:ut non diuus Lodouicus ille modo ac cæteri franci principes qui multi defuncti ſunt ac luce:immortalis tibi apud immortalem deum gratias ſint acturi:ſed deus etiam ipſe:qui extremis ſuppliciis inſectatur ingratos:id quod in Saulem in iudæos :qui Apidis uitulum adorabant:& in alios permultos oſtendit:tua gratitudine delectatus & uiuum & mortuum ſempiterna gloria te amplificet. Hæc autem non iccirco Franciſcus philelfus liberius ad te ſcripſit:quod regali tuæ incomparabiliq uirtuti quicquam diffideret:ſed ut ſuam erga te fidem obſeruantiamq oſtenderet. Vale ex Mediolano:xiii. Kal. martias. M.cccc.li.

## Franciſci philelfi Epiſtolarum Liber Nonus.

### Franciſci philelfus Sphortiæ ſecundo. S.P.D.

Ortatur me Sphortia ſecunde ſingularis tua benignaq modeſtia:ut de his ad te ſcribere non uerear:quæ uel utilia tibi uel ſaltem non iniucunda fore iudico. Idq eo libentius facturus accedo:quod cum tuæ meæque ætati:tum mutuæ noſtræ beniuolentiæ conſentaneum eſſe duxi. permultis te muneribus eiſdemq præclaris tum natura inſigniuit:tum auxit fortuna:quam uocant. Quæ ſi diligenti ſtudio hac ueluti arte quadam ad cumulum uſque perduxeris:nullius inops laudis ſis futurus. Quo patre natus:es:nō ignoras. Huius maximas īcomparabiliſque uirtutes niſi fueris egregie imitatus:quanto is patre Sphortia imperatore fortiſſimo ob rerum geſtarum atque regni gloriā habetur illuſtrior:tanto ipſe Frāciſco Sphortia patre tuo principe optimo ac maximo in laude minus excellenti quadam obſcurior fuiſſe exiſtimabere. Nihil enim obtendas:quod incuſes. Nam ſi Africani ſuperioris filius patris laudibus non reſpondit:non ei ſed ualitudine culpa datur. At ſextus Pompeii magni:& Marcus Ciceronis filius:aliiq nonnulli uiris nati præſtantiſſimis inter degeneres ideo numerantur:quod ſua ipſorum culpa tales eſſe noluerunt. Quod enim benignitatis genus:ut ad te redeam:natura tibi non eſt affatim elargita. Formæ præſtantia polles plurimum:qua ipſa dignitatem mentis atq ingenii repræſentari par eſt ſi quidem materia formæ quam dicunt:non hæc illi prior accommodatur natura. Et ea eas integritate ſenſuum.quam rariſſimam licet inueniri. Velocitas celeritati cōgruit leuitas atq agilitas facilitati dexteritatiq. Eodemq modo alacritas acrimoniæ:facundia intellectui. Hæc autem omnia:quæ corporis commoda appellant ſtoici:talia ſunt qualis eſt is: qui utitur. Nā ſi mens humana ſequitur eam mentem ad cuius eſt non genita:ſed creata imaginem:ita naturam:quā diuina mens peperit:ſequetur ars hominum atq imitabitur:ut errore nullo queat intercipi. Non.n.natura:ſed malo erramus more. Nam cum mores ſint qualitates eius animi partis:quæ ratiōe caret:tum agimur deuii malis moribus cū perturbatiōibus obſecuti rōnis ductum aſpernātes erramus. Quid.n. aliud error eſt q̄ falſi alicuius pro uero approbatio? ſi quidem rōnem ſequentibus & recta & expedita omnia ad ueritatem patent Sed quorſum hæc. Vt intelligas non mediocri tibi uitio datum iri:ſi in tanta uel naturæ:uel fortunæ fœlicitate non id efficies tua etiā induſtria:ut dignus habearis:q ſphortianā gloriam non ſolum æques:ſed etiam ſi fieri poteſt:patrem imitatus ad auū illum q̄ pulcherrime ſupes. Quod ut facere poſſis ea tibi uia incedendum eſt:qua Alciden fabulant̄ eū qui poſtea Iunonis inuidia factus glorioſior Hercules eſt cognominatus. Is.n.iſtam natus ætatem qua nunc tu es ubi ſeſe īſolicitudinē ſui fortaſſis colligēdi & meditādi gr̄a recepiſſet:duas ſibi matronas efferri corā uſus eſt uidere:q̄rum altera:ut ad ultimum cognouit:eſſet ἡδονή hedone:quam noſtri uoluptatem uocāt:altera uero ἀρετή arete:quo nomine uirtus ſignificat̄. Cūq Alciden illa blādius primū adiret:ſtimularetq omnibus lenociniorum illecebris:ſe ut ſequeretur:ſuo enim ductu oīa ei dulcia ſuauiſſimaq futura:qd enim imbecilitati adoleſcētiæ ipſa titilanti uoluptate iucūdius. Et uirtus cōtra eūdem a uoluptate tāq aflagi-

tio auocans ut ſuis inhæreret ueſtigiis grauiter ſimul ſaluberrimeq̄ doceret:neq̄ ullis aut laboribus aut periculis parceret ſed decori ac laudis gratia non modo nullas intollerabilis ærūnas:ſed ne mortē quidem ipſam detractaret. Sic enim fore:ut ex homine & mortali imortalis atq̄ deus fieret:ea ſigillatim: Alcides quamplurimaq̄ alia uolūtans animo & omnia ſecum q̄ diligentiſſime commētatus:animi ſe qui uirtutem:q̄ corporis uoluptatem maluit. Quod quidem conſilio factum eſt: ut & uiuus omnibus carus iucunduſq̄ fuerit:& mortuus diuinos honores ab uniuerſa gentilitate meruerit. Ac nullum profecto:ut mea fert:opinio:uenenum eſt:quod in adoleſcentia cum uoluptatis ueneno ſit comparandū Hæc enim tum frangit corpus ac debilitat:tum animum ſui iuris eſſe non ſinit:quippe quem ad ſe pellicit per omnem turpitudinis fœditatem. Nec ſane aduerſum eam uoluptatem mihi habetur oratio. quæ inter animi bona poſt prudentiam & uirtutem tertia numeratur ab Ariſtotele:qua de re quottidie dicere conſueuimus: Magna me uoluptate litteræ tuæ affecerunt. Et tuarum uirtutum gloria icredibilem mihi uoluptatem attulit. Sed in eam loquimur uoluptatem. quæ ſenſus titillans leuiter mouetur:& per omne incontinentiæ genus petulantiſſime efferueſcit. Huiuſmōi igitur uoluptas mi Sphortia non ſecus tibi fugienda eſt:quam teterrima quædam lethiferaq̄ peſtis. Impedit.n. immo tollit pœnitus omnem recte uiuendi rationem qua ſublata:nihil neq̄ boni agere nobis licet:nec ſani quicq̄ itelligere. Nihil eſt profecto in probato adoleſcente & Sphortia laudabilius pudicitia & continentia:quæ omnes effeminatos animi cogitatus latius uagari non ſinit:perturbationeſq̄ pruriētiſ aut amouet oīo aut compeſcit. Quid enim incontinenti adoleſcentia fœdius quid etiam pernitioſius? Nunq̄ is adſit rebus agendis præſens:qui præſenti uacat temperantia. Hæc enim una eſt uirtus:quæ extimationem ipſam & tuetur & ſeruat. Itaq̄ nemo queat recte conſultare nec diligentius quippiam mente proſpicere: qui uoluptati ſedederit. Quare cybo & potu modice uti conuenit. Inſana autem uenere abſtinendum eſt pertinaciter: Nec ita ſomno conſentiendum:ut Endymionis quem dicūt:ſimiles uideamur. Quod uero deinceps admodum eſt cauendum uidemus adoleſcentiam natura loquaciorem & tāq̄ impudentem:id quod Lygurgus animaduertens ſtatuit apud lacædemonios ut adoleſcentes in publico conſeſſu niſi rogati nunq̄ loquerentur:quod ipſum etiam quo minus inepte facerent:eos ſeniorum conſuetudine aſſidue uti uoluit. Quid enim ineptius:quam uel imprudentia uel futilitas? Hanc uero in ea ætate:quæ longo uſu peritiaq̄ concalluit:non facile īuenias qualem & Homerus Neſtoris & Ilionei Maro extitiſſe monent. At in adoleſcentia quā non minus ab αδολεσχια adoleſchia quæ nauigatio eſt: dictam exiſtimo:q̄ ab adoleſco:quod ea in ætate cum ſanguine ſimul perturbationes quoq̄ effrenatius adoleſcant:cum alia omnia īmoderata in illa ſunt tum uel in primis quædam loquendi luxuries atq̄ impetus. quem qui reprimere caſtigareq̄ didicerit:non mediocre ſpem laudis præſefert. Decet.n. plurimum facere pro officio ſpectatum adoleſcentem & minimum de ſe loqui:& ea quidem loqui: quæ documentū præſtent intimæ cuiuſdam īnatæq̄ ꝓbitatis. Nam mentis habitum ſermonis cultus ſolet indicare. Iccirco pythagoras ſamius ſilentium induxit auditoribus aliis breuius pro ingenti captu: aliis diuturnius:ut quiſq̄ tumulo queretur:cum ſapere didiciſſet. Et Ageſilaus Rex cum quis alium uel laudaret:uel uituperaret:non dicentis minus quam laudati:aut uituperati uitam ac mores ex ipſa oratiōe depræhendi affirmabat. Ad excandeſcētiam quoq̄ iſtiuſmodi ætas eſt ꝓcliuior:quam eo te magis cauere oportet:quo patre eiuſmodi natus es:qui manſuetudine & clæmentia omne genus hoīum anteit Et q̄q̄ in omni ætate laudatur humanitas:eo tamen in adoleſcētia magis quo ad id annoꝝ inſolētiores ſumus. Quam facilitas ab hoībus diligant morofitatis odium facile declarat. Quis.n. exoſus non ſit ac ueluti exerceat hoīes aditu & cōſuetudine uitæ difficiles:qnq̄ nunq̄ ſunt certis nunq̄ eiſdem moribus? Nā de benignitate qd loquar? qua qui caruerit adoleſcens:eo caret oīo munere:qd' eſt eius ætatis ꝓprium? Nec huiuſmōi comitatis genus in dāda pecunia ſolū donādoq̄ poſitū reor ſed multo ēt magis in ꝑſtāda liberaliter opa. Argēti.n. & auri:munificētia nō magis eſt uiri boni q̄ diuitis. Sed īnocētibus uiris piiſq̄ adeē eoſdeq̄ īgenii ope operaq̄ tueri & cōſulēdo:loquēdo & deꝑcando hiſq̄ omnibus adminiculis:quæ uel natura:uel fortuna:uel noſtra nobis induſtria diligentiaq̄ peperit:& benefici uiri ē: & plane ſapiētis. Quid præterea habēt aliud uel principibus nati uel ipſi principes ac reges:quo priuatos hoīes antecellāt? Nēpe id unum dūtaxat:quod his munerandi facultas adeſt uberior. Itaq̄ Dionyſium ſeniorē doluiſſe tradūt quod ab ſe dona Corinthioꝝ legati nollent accipere: tanquam ſibi non liceret eo uti bono:quo reges uno uidentur fœliciores. Quare cum is aliquando ad filium eſſet ingreſſus:uidiſſetq̄ apud illum uim aureorum maximā argentorūq̄ uaſorū:pro inclamauit pater filii in te rex certe non eſt:qui ex tāta uaſorum copia quæ a nobis accepiſti:amicum tibi comparaueris neminē. Quid multis. Et beniuolētiam nobis apud alios beneficiis cōparamus & laudem non uulgarem. Laude uero duci adoleſcētem non poſſum non probare. Nam qui laudem amat:uirtutem quoq̄ amet:eamq̄ ſequtur:neceſſe eſt. Id uero eo facilius ſit facturus:quo ſtudioſior fuerit diſciplīæ. Nemo.n. qd ignorat amare poſſit. His aūt diſciplinis tibi opa danda eſt quibus ſapere diſcas nihil abiectū: nihil humile: nihil nō admirandū:itaq̄ oībus in rebus te ingēti atq̄ inuicto aīo ingenio uero ſplendidiſſimo & acerrimo cupio ita præſtes.ut nihil agas:nil loquaris:nil deniq̄ cogites:qd' ſit aut uulgare aut exceſū minus. Quod ut commodius obſequaris:eorum te uelim conſuetudine delectari:qui te meliorem poſſint uel reddere:uel oſtendere. Nō enim aufert paruā q̄dam laudatiōis uituperatiōiſue coniecturā īproboꝝ aut pro

boꝝ hominū familiaritas. Si qua nobis corporis cōmoda natura ſunt optima: nō his abſurde ſed ꝑ dignitate ſemꝑ utendū eſt. Cū Alexāder macedo & leuitate & curſu ualeret plurimum hortatus a patre Philippo in olympiā ut curreret nequaq̄ obtēperauit inqens. Facerē eqdē pater qd̄ iubes ꝑlibēter ſi mihi cū regibus currendū foret. Et qm̄ in ludi mētionē incidimus: eadē adoleſcētibus ſit ludēdi q̄ iocandi rō. Remittēdi interdū ſunt animi a rebus ſeriis & laboribus: quo paululū ueluti recreati alacriores redeāt unī diuerterāt. Nec ſcurraꝝ more iocari nos conuenit: nec itē ludere ut aleatores ſolēt. Sed quēadmodū ſermo nr̄ ſparſim ac raro eſt īgenuis ſalibus cōdiēdus. ita reꝝ gerandaꝝ tædiū ac molē tēpeſtiua liberalium ludoꝝ atq̄ apta uiciſſitudine leuari decet. Et hi quidē ludi uident̄ mihi maxime ꝓbādi in quibus uis deſteritaſq̄ ingenii corꝑis agilitati uiribuſq̄ reſpondeat. Huiuſmodi uero ludos palæſtra ꝑ̄bet gymnaſiū ſtudiū: diſcus: pila: iaculū: arcus ſcorpio: uenatio: troianū agmē: & omnis deniq̄ meditatio militaris. Sed nullus mihi crede neq̄ iocus nec ludus aut pulchrior eſt aut laudabilior q̄ diſciplina exercitatioq̄ uirtutis. cui ſi te totū penituſq̄ dediderís & tibi honori maxīo: & nobis oībus quos tua ſpes alit: icredibili iucūditati futuris ſis. id aūt hac una re facilime poteris & expeditiſſime cōſeq. ſi ꝑ̄ſtantiſſimū & fortunatiſſimū patrē tuū principē noſtrū cū dicēdo: tū agēdo q̄ſi idæā q̄dam ītueri per oēm uitam effingereq̄ uolueris. Quod ut facere contēdas: te nō ſolū hortor: ſed etiā atq̄ etiā rogo & rogo: Vale ex mediolano. xii. Kal. martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus Ioanni auriſpæ ſalu.

p Ollucem meum uidere cupio. nam eius mihi in ꝑ̄ſentia uæhementer eſt opus. Quare ne iſtū patiaris apud te diutius hoſpitari: maiorem in modum abs te peto. Vale ex Mediolano. xii. Kalendas martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus Laurentio Vallæ ſal.

a Vdio te reliq̄ſſe Alphōſum Regē & eē Romæ. nec dubito te nihil pro tua prudentia feciſſe temere. Miror aūt cū ab Alphōſo honorifice ut accepi cōmode tractareris. qd Romæ q̄ Neapoli: hoc tpe uitā agere malueris: ꝑ̄ſertim cū nō ſis neſcius quos fluctus nauigaturus ſis. Nū. n. ocio ſum te eē patiant̄. q uiros bonos eruditoſq̄ inſeq uel abſentis cōſuerūt. Tibi aūt ut oīa ſecūda ſint plurimū opto. Vale ex Mediolano. xii. Kal. martias. M. cccc. li.

Franciſcus phi. Petro thomaſio philoſopho medicoq̄ ſal.

l Itteras tuas ultimas q̄ ſcribis dediſſe ad Nicolaū Barbaꝝ Ferariæ ꝓcōſulē: ut eas īde ad me daret nunq̄ uidi: miror q̄ qd in cauſa fuerit: ꝙ hæ mihi ita ut antea tuæ alteræ quas eidē uiro cōmēdares: redditæ nō ſint. Quare ſi uidebit̄ rurſus quæ ſcripſeras: ꝓximo tabellario cōmitto. ut ꝙ maxime cupiebā: iudiciū tuū nō ignorē. ꝓſpiciat Deus paci italiæ ac muſis id ꝙ tāto ſtudio atq̄ uotis opto ut auidius nihil poſſim. Ex his libris de exilio quos ad uos dederā: ut ab me duo deſiderant̄ alter de infamia: alter de pauꝑtate: qui ſeu apud te ſint: ſiue apud meū Bernardum iuſtinianū uelim eos ꝑ ſingulari tua erga me beniuolētia diligēter inqras: inuctoſq̄ ad me mittas. Deſunt etiā mediolanēſia illa couiuia & Coſmiana oro & duo Hippocratis libri. q̄ qdē oīa ſi minus in hāc diē habuiſti repetas uelī ab eodē Bernardo: ut ad me ꝓpediē ꝑferēda q̄diligētiſſime cures. Quod ſi q etiā apud uos fuerint: quos noſtra iuuēt ob idq̄ his diutius uti uelint: fac ut libet mō dn̄i nō omnino obliuiſcant̄. Vnū tibi bona fide polliceor cum iſta primum ad me reuerterint: noua alia ad te dabo quæ ut exiſtimo iuuētutē ueſtram nō mediocriter delectabūt. Præterea alia mihi in re tua oꝑa opus eſt. Docet Patauii medicinā mattheus puſinus uir egregie doctus idēq̄ diſertus. is hēt iā annos cōpluris duos illos Hippocratis libros quoſ iāpridē ut noſti latinū cōuerti. Hos ut noīe meo repetas & ad me des te plurimū rogo. Vale ex mediolano. medicoꝝ & amicoꝝ decus. xii. kal. martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus Franciſco Barbaro ſal.

i Am pudet me repetere totiēs libros illos quos Cōſtātinopoli agerē ad te dedi. Video. n. ad id te nihil oīo in hāc diem reſpōdere. nec ſatis ītelligo ſnīam animi tui. Nō. n. iccirco tacere te exiſtimo ꝙ meos mihi libros nolis reſtituere. Noui. n. & grauitatē & cōſtantiam tuā: noui fidē: noui integritatem. Adhæc ea es altitudine animi: ea quā græci. μεγαλοπρέπειαν dn̄t: noſtri uero magni decentiam recte nominant: ut non modo quæ alterna ſunt nolis inuito domino: ſed etiam tua quā munificentiſſime in alium cōferas ꝑ̄ſertim eſt quē tui eſſe obſeruātiſſimū nō ignores itaq̄ te mi humaniſſime Barbare rogo etiā atq̄ etiā. ut meos mihi libros q iā annos. xxx. hoſpitati apud te ſūt: cōtubernalis efficias & id hac q̄dē lege: ut quā codicē ex omnibus magis adamaris eū tibi perpetuū eē atq̄ tuū uelim: Vale ex Mediolano. xi. Kal. martias. M. cccc. li.

Franciſcus philelfus. Sphortiæ ſeūdo ſal.

p Etiiſti a me per litteras ut te facerem certiorem. quæ mea ſententia ſit de huius noſtræ tempeſtatis lingua quā alii ethruſcam: alii uulgarem uocant: nonnulli ſermonis materni aut illiterati nomine appellant. Vt tibi obſequar: & id quidem ſine ulla uel paruicatia uel contentōe. Quāquam ad rem hanc non inuitus: ſolum accedo ſed etiam cum pudore propter uiꝝ diſertiſſimū mihiq̄ amiciſſimū Leonardū aretinū: qui in epiſtola quadam ad Blondū flauium uiſus eſt longe ſecus ſentire atq̄ ipſe ſentiā. Sed q̄m ipſi etiā amicitiæ ueritas eſt anteponēda: ignoſcat Philelfus Leonardus mortuus: qui uiuus quoq̄ ignouiſſet: ubi quæ ab me dicerent̄: ꝓbabiliora iudicaſſet: q̄ ſui ipſius dicta: ut igitur

ad ré ueniá:qm̃ italiam audiuimus deſcribi finibus latioribus:qbus nõ latini ſolũ:ueꝝ etiã Græci:Lygu
res.Galli:& aliæ atqꝫ aliæ gẽtes lingua moribuſqꝫ diuerſæ cõtinent:oém meũ ſermoné de Romáis in
telligi uolo ac de his qui romana lingua uterent priſcis illis tpibus qbus Plautus Terétiuſue poetæ qbus
Grachi & Cato:qbus & Graſſus &.M.An.qbus.G.Iulius Cæſar &.M.T.Cicero floruerũt. Nulla in q̃
alia oratione uniuerſum Ro.populum uſum arbitror:q̃ ipſa illa:quam ſolet hic idem Cicero foréſem
popularemqꝫ appellare.Qua enim philoſophi oratiõe ſunt uſu:ea adhuc oratoria plæriqꝫ in locis pro
rerum materia plurimum differt:nam propter noua planeqꝫ uſitata philoſophorum inuenta inuſita-
tis item & nouis uerbis opus fuit:ꝙ eius rei cum apud latinos:tum multomagis apud græcos uidemus
factitatum ατομος atomos:uſq̃ apud Demoſthenem aut Lyſiam reperiatur neqꝫ ἐντελέχεια ente
lecheia. At hæc apud peripateticos:illa apud Democritos & epicuros omnibus eſt in ore Calliditatem
pro uirtute intellectuali poſuit Cicero:quam græci uocant σύνεσιν ſynefin:quoniam melius non ha
bebat cum popularis ac forenſis loquendi mos aliter fortaſſis interpretabatur. adeo ut inter uirtutes
urbanas uituperaretur calliditas:at becillis in rebus laudetur. Ad hæc poetæ quoqꝫ:non loquor de co-
micis ac tragicis:qui toti erant popullares alia quadam locuti lingua multis in locis exiſtimati ſũt. Itaqꝫ
hoc dicebat.M.An.orator ad ſe nequaq̃ attingi:quippe quos uidebat abhorrere a comuni & quotidia
no loquendi uſu:hic autem uſus erat eiuſmodi quo æque indocti illitteratiqꝫ utebantur atqꝫ litterati &
docti. Quod ut certo credam.cum alia plæraqꝫ argumenta adduci poſſunt:tum illud in primis. Noui-
mus hebræos.& græcos audimus item ægyptios:arabas:aſſiryos:perſas:& eodem modo reliquas oís
nationes:quibus propria eſt ſuaqꝫ grãmatica:cum ali o ſermone uti litterati & alio uulgari. Litteralis li
matior eſt fortaſſis & proprius magis q̃ maternus:non alius tamé:oĩnoqꝫ diuerſus:quo ad dictionum
uariationem:declinationé enunciationé:deſinentiá. Vnde Hieronymus Rufino uitio dat:ꝙ parétes:
quo noĩe pater ſignificatur & mater.non hos qui iápridé diem obierãt:ſed reliquos ſanguine cõiũctos
ut ipſe cauillat militari hoc eſt latino plane uulgari appellarit. Et græci quoqꝫ ἀγαθὸν ἄνδρα ga-
thon andra quod bonum uirum ſignificat apud doctos:pro uiro ſtulto uulgi cõſuetudine accipiũt.nec
Romani cũ decreuerunt legeſqꝫ ſanxerunt nemini oĩum gentiũ apud ſe audiri ꝑ interpreté.hoc eſt ut
peregrini etiã oés qbus cã apud ſe eẽt:latine loq̃rent:id ipſum unq̃ egiſſent:ſi alius ſermo latinus eſſet
alius uulgaris. Hinc aũt arbitror emanaſſe: ut & Germaniæ:& Daciæ:& Sarmatiæ:ii oés populi chri-
ſtiani:qui ſeptentrionales occidẽtaleſqꝫ ad occeanũ uſqꝫ iacẽt nõ docti mõ & litterati:ſed plane illitera
ti doctrinæqꝫ oís exptes ĩgenue loqui latinæ pro ĩueterata cõſuetudine q̃dá diſcãt.ob eá ut arbitror rõ
nem ut cũ uenerint in italiá ac romá.romão ſermone audiant eo q cerdonibus etiá apud priſcos & pi-
ſtoribus comunis erat. Veꝝ hi oés deprauatæ loquunt multa atqꝫ inepte quidé. Et ne id certe miꝝ. ná
arte nũdum adhibita & his ꝑceptis quæ a diligẽti doctrina ꝓficiſcuntur nõ admodũ multum ꝑſtamus
infantibus impitiſqꝫ mulierculis. Et id ſane non ſolum hac ætate uſu uenit ſed apud priſcos etiam illos
accidiſſe audiuimus. Quo factum eſt ut latinitatis uitium quaſi probo datum ſit a Cicerone uiro elo-
quentiſſimo ipſi.M.An.aduerſus quem leguntur Antonianæ orationes. Ad hæc fruſtra apud.Quiri-
tes & in exercitu habitæ eſſent:quæ adhuc extant priſcorum orationes:ſi minus hæ ab auditoribus cũ
ctis potuiſſent intelligi. Nec ſatis ſcio quam potuiſſent uoluptatem Plauti quas legimus & Terentii co
mœdiæ afferre populo:ubi ſunt pueri & mulierculæ:ſi munus cognoſcent quæ audiſſent. Ná ꝙ dicat
cõueniſſe populũ indoctũ ut ſpectaret nõ ut audiret.auditaqꝫ intelligeret ſtultú eſt. Nõ ne ipſe etiá Ci-
cero meminit uerſu una ſyllaba aut lõgiore aut breuiore recito exibilat:exploditur. Num id accidere
in theatro potuiſſet niſi quæ recitarent caneréturqꝫ comœdiæ fuiſſẽt a populi cõſenſu & auditæ & co
gnitæ latino inq̃ ſermone q & uulgaris erat & omnibus notus.hæ comediæ oés erant ſcriptæ & non
comœdiæ mõ.ueꝝ etiã tragœdiæ quotidiana loquédi cõſuetudine litteraꝝ monimétis mádabãt. id
uero ita eẽ declarat Cicero libro.i.queſtionũ tuſculanaꝝ hiſce uerbis.in terrá.n. cadẽtibus corporibus
hiſqꝫ humo tectis equo dictio humari ſub terra céſebãt reliquá uitá agi mortuoqꝫ. Quá eoꝝ opionem
cõſecuti magni errores ſũt quos auxerũt poetæ frequés.n.cõſenſu theatri in quo ſunt mulierculæ: mo
uet audiés tá grãde carmé. Adſum atqꝫ aduenio acherõte uix uia alta atqꝫ ardua ſpelũca ſaxis ſtructa aſ
peris pẽdẽtibus maximis ubi rigida cõſtat craſſa caligo infeꝝ. Tãtũqꝫ iualuit error q mihi q̃dé iá ſubla
tus uidet:ut corpora cremata cũ ſcirẽt tñ ea fieri apd ĩferos fingerent:q̃ ſine corporibus neqꝫ fieri poſ
ſent neqꝫ ĩtelligi. Si mulierculæ igit in theatri cõſenſu audiẽtes eos tragœdiæ uerſus mouebant aío:ue
ra eẽ arbitrãtes quæ de uita functis audiebãt ĩtelligebãt ſane q̃ recitabant:q̃ ſi aliéa fuiſſet a cõi & uul-
gari lingua quo pacto ĩtelligere potuiſſent. At ea nõ grãmatice ſed latine referebant. Nam litteratura
plæriſqꝫ in locis obſcurior eſt at latinitas oĩbus nota ꝙ inheret ita fruſtra mouiſſet. Quintilianus ante
oĩa acrem habendá eſſe curam parentibus ne uicioſus ſit ſermo nutricibus:ſed recte loquant. cũ puer
eaꝝ uerba conet effingere:quas primũ audierit. Nõ.n.debere ĩfanté illi aſſueſcere ſermoni q diſcẽdus
ſit. Ná neqꝫ debemus eẽ neſcii:longe difficilius eſſe a iam docto in alium ſermoné traducere q̃ docere
nouũ. Itaqꝫ idé monet oportere etiá patres eẽ loquẽdi eruditiſſimos & illud idé de matribus ſentiẽdũ:
itaqꝫ recte chryſippus optabat q nutrices eligi q̃tũ res pateret optias iubebat idqꝫ nõ ſolũ quo ad moꝝ
ſed etiã quo ad ſermonis rõné:cũ pueros diceret eoꝝ eẽ tenaciſſimos q̃ rudibus annis ꝑcepint. Quod
autem de nutricibus ac parẽtibus. Quintilia.dixerat:idem quoqꝫ de pedagogis præcipit quos linguæ

latinæ pitiſſimos eē uuſt.nā ſi nutrices q̄ bñ loquanť:minus aliq̄n cōtingerint:ſaltē ſit unus pedagogus aſſiduus qui latinitatis eruditus ſi qua fuerint a nutricibus aut uitioſe aut ineptius præſente alumno dicta cōtinuo ea corrigit:nec illi inſidere ſinat.Vt hac enim tēpeſtate noſtra accidere quottidie uidemus ut rariſſimæ uobis nutrices offeratur:quæ uulgari hoc ſermone itallico utantur admodum exculto:ita apud romanos illos uſu uenire poterat:ut in tanta barbarorum multitudie:qui ex uniuerſo terraꝝ orbe uariis fortunæ caſibus in urbem influxerant latinitatemq; uiciarant:non facile hæ nutrices cōtingerent:quæ meram incorruptamq; calleret latinam elocutionē.Ac miror ſane aretinum Leonardū noſtrum:cui uideatur fieri nullo pacto potuiſſe:ut ea lingua uterētur uulgo omnes:qua ſcripſiſſe legimus & oratores & poetas:adducitq; ſuppellex exemplo inquiens mulierculæ igitur illæ ac nutrices tuæ :ſi de ſuppellectili recte dicendum erit:ſuppellex dicerent.Surſus uero ſi declinandum erit ita ut poſſeſſionem gubernationēq; ſignificet ſuppellectilis dicent.Et ſi poſcāt intētio ſuppellectili ſuppellectilē uariabunt.Eædēq; cum pluraliter dicēdum erit ſuppellectilia uariato genere pronunciabunt & ſuppellectilium & ſuppellectilibus.Si Leonardus aut.M.Varronem diligentius lectitaſſet:aut maternā aut uernaculam græcoꝝ linguā tenuiſſet.nunq̄ in id incidiſſet erroris.Græci.n.quibus lingua deprauata non ſit & quos ipſi tū ſeqmur:tū imitamur:ita loquunť uulgo hac etiā tēpeſtate:ut Ariſtophanes comicus :ut Euripides tragicus:ut oratores oēs:ut hiſtoriographi:ut philoſophi etiā ipſi & Plato & ariſtoteles.Litterati aūt hoīes & doctius & emēdatius.id aūt patet ex hiſce Platonis Ariſtotelisq; libros quos ætas ꝓxima:aut paulo ſuperior ex græco in latinū cōuertit.qui certe ob eā rōnem plæriſq; in locis obſcuriſſimi ineptiſſimiq; ſūt:qm̄ hi ſint illos īterptati q̄ linguā uulgarē tenebāt eā q̄ & plebeia erat & deprauata atq; corrupta ob pegrinoꝝ mercatorūq; multitudinē q̄ quottidie Cōſtātinopolī cōfluebāt ī urbēq; recepti incolæ græciſq; admixti locutionē optimā infuſcarūtq;.Nā uiri aulici ueterē ſermonis dignitatem atq; elegantiā retinebāt:in primiſq; ipſæ nobiles mulieres:qbus cū nullū eēt oīo cū uiris peregrinis cōmertiū:merus ille ac purus priſcoꝝ græcoꝝ ſermo ſeruabať intactus.Veꝝ qd dixi cū pegrinis: cū ne cū ipſis qdē cōuicibus ullus dabatur huiuſmodi mulieribus colloquēdi locus cū domo nunq̄ niſi noctu egrederenť:atq; id quidē & raro & equites & uelata facie deductæq; a domeſticis ac ſuis: dū aut tēpla per religionis celebritatē aliq̄ interdū:aut ſanguine coniūctiſſimos uiſendi gratia peterēt.Quod aūt de.M.Varone meminerā:ait ille.vi.lib.de lingua latina nouicios etiam ſeruos emptos in magna familia cito oīa conſeruoꝝ noīa recto caſu accepto per reliquos obliquos declinate. Si ſerui id cito didiciſſent.qd de his eſt credendū qui ſimul cum lacte latinā biberāt linguā.Et quod ait Leonardus noſter euangelia miſſarūq; ſolēnia intelligi hoc tpe etiā ab his qui ſunt illiterati:equidem pernego:& illud addiderim non ſatis latine aut litterate Leonardum Poggiūq; nominaſſe miſſaꝝ ſolēnia : quæ a græcis. λιτουργία liturgiæ:hoc eſt ſuplices opatiōes aut oratiōes operatiuæ:a noſtris uero celebratiōes corporis chriſti nominātur.Sed de re nūc ſatis nulla:modo ītelligas latinā linguā uulgarē fuiſſe nō lr̄alem. Vale ex mediolano.xv.Kal.martias.M.cccc.li.

Franciſcus phileiſus.S.P.D.Nicolao cebæ.

Vod tibi ſciebam fore nō in iucūdum: uolui intelligere: quod mihi neq; ſperanti neq; cogitanti Romæ cōtingit. Huc.n. cū ueniſſē ad quintūdecimū kalendas Aguſtas paulo poſt. meridiē eo conſilio ut poſtridie mana neapolim uerſus iter caperē. Nā reliquū eius diei decreueram & mihi quieſcere & famulis: nec minus ēt equis ex accerrato itinere fatigatis. Nec tamen interea tēporis ocium ita commiſi ut nō curarim ea uiſere oīa quæ ex ueteribus reliquiis ac ruinis memoratu digna exiſtimātur. Sed hec iccirco prætereo quoniā tibi qui romæ non ſemel fueris & uiſa ſunt & cognita. Mane cum pauloport equum forem aſſenſurus uenit ad me ſalutatum Blondus flauius uir certe perhumanus ac diſertus qui ubi mecum eſſet quedā de cōmunibus ſtudiis cōmemoratus. Hora eſt inquit adeundi pontificis. Eamus igitur: huic ego cū reſpondiſſē & id fortaſſe ſubruſtice: inſtituiſſe me poſt reditum ex orbe Neapoli eiuſmodi uti officio. nunc enim id mihi non liceret quoniam maturarem: uiſus eſt ille non mediocriter admirari cum diceret. at ſummus pontifex externo ueſperi permulta eſt de te loquutus & amice & honorifice. Ait enim quo primū in italiā e græcia reuertiſſes fuiſſe tibi ſecum conſuetudinem multā familiaritatemq; periucundam. teq; magnis extulit laudibus itaq; tui memineris eſſe reor: ne ex urbe moueas pedē prius ꝗ eius ſanctitatē adieris quod tibi non modo honorificum fore arbitror: uerū ēt quantum poſſum coniectura aſſequi non parum emolumenti alaturum. is ubi uidet me perſiſtere in ſententia: abiit ſubtriſtis: Cumq; iam equum aſcenderē ecce Petrus nucetanus apoſtolicus ſecretarius feſtinat ad me: aitq; ſubridens tu maior factus es Pōtifice maximo ab quo uel deſideratus redderis inſolentior. Ad caue dū tibi tm̄ arrogas ne ſupbiæ accuſeris. Meq; ubi dexterū brachiū ſiniſtro meo ſuppoſuiſſet brachio perꝗ baniſſime ad pontificē egit: ab quo tanta ſum comitate ſimul charitateq; exceptus: ut me id ipſum nō ab re uel ruſticitatis uel ingratitudinis arguerim: Cætera litteris cōmittenda nō ſūt. ſed ea tibi cum reuertero corā exponā quæ ſcio tibi fore gratiſſima. Sed unū certe non reticeſcā. In mea enim abitione donauit me ultro pontifex munificentiſſimus nūmis aureis. quos uulgo ducatos noīant: qngentis cum egreiga quadam honoratione uerborum. Cū hec ad te ſcripſi erat natalis meus octauus kal: auguſtas cum initium facerē etatis meæ anni quinti & quinquageſimi. Nā reliquos dies iccirco egi romæ. qm̄ meus ſatyrum codex: quē dono ferebā ad alphonſum: erat penes ipſum pontificē maximū. nec prius mihi reſtituit ꝗ totū lectitauerit. Vale ex urbe Roma.viii.Kal.augu.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus. Xenophonti filio ſal.

Xcepit me rex Alphonſus cum perhumaniter & honorifice. tum etiā munificētiſſime. nihilq; omiſit quo minus oſtenderet me ſibi cariſſimū eſſe & iucundiſſimū. Sed de his propediē tecū & aptius & latius. Nā ad ſex uſq; dies iter capiam: iſtnc: & iſtinc deinde mediolanum. Interea tēporis diligenter in

gre an gradarius ullus equus uænalis ſit. Nã hic íuenio nullum qui me delectet. Cuiuſmodi.n.cupiã nõ te latet Vale ex neapoli.vi.idus augu. M.cccc.liii. Franciſcus philelphus Xenophonti filio ſal.

Eri Alphõ.rex me capuæ fecit equitẽ auratũ & id qdẽ mane in celebratione dñicæ Hoſtiæ ĩ maximo
h principũ cõſpectu.deinde cũ poſt meridiẽ ad qtũ lapidẽ extra urbẽ ꝓfectus tentoria ſtatuiſſet in fero ciſſimo illo agro q ad Veſeuũ iacet hora.xxi.ſuis inſignibus me donauit q̃ honorificentiſſime. Poſt triduũ ut ſpero capeſſã iter ad urbẽ Romã & iſtinc mediolanũ. Vale.ex Neap.xvi.Kal.ſeptẽ.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Nicolao arcimboldo iurecõ.ſal.

Vm heſterno ueſperi ex Neapoli Capuã ueniſſẽ repetiturus mediolanũ hoc mane ſum ad Alphonſũ
c regẽ profectus in caſtra ſalutatũ qui me ut ſolet recepit perhumaniter & per iucunde.iuſſitq; ut qm̃ eſ ſet occupatiſſimus poſt meridiẽ redirẽ ad ſe. Quod ubi feciſſe in maximo ac pulcherrimo nõ militum modo ſed ẽt nobiliſſimorum hoĩum cœtu: & ſuorum & exterorũ ita ait. Nos te mi Philippe iãpridem uidere deſiderabamus: qđ nobis cõtigiſſe gaudeamus. nã oẽm opinionẽ de te noſtrã nõ æquaſti ſolũ ſed admodũ ſuperaſti. Donauimus te ante dignitatis militaris noſtriſq; inſignibus. Reliquũ eſt. ut q tibi maxime debet᷑ poetica laurea te ornemus: quã capiti tuo tibi benemerenti ĩponimus. Hẽbat.n.rex liberaliſſimus laureã paratam eãq; ornatiſſimã quã ubi capiti meo impoſuiſſet: ita de me ad circũſtantis honorifice ita copioſe ita beniuole loquutus eſt. ut non rex excellentiſſimus ſed pater indulgentiſſimus loqui uideretur. Sed hæc & alia permulta tibi corã exponã. Ego poſt biduũ proſequar cœptũ iter. Interea tẽporis meos oĩs tuæ fidei cõmendo. Vale ex Capua ueſperi.xi.Kal.ſeptẽ.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Trabeſondæ ſalu.

Vod iſtinc abiens tibi ſum pollicitus. ubi primũ in urbẽ ueni & ſũmi pontifi. Nico.qnti adeundi.mihi
q data eſt facultas quo tpe adhuc ex pedibus non mediocriter laborat: ita egi cãm tuã: ut eius animũ iam pridem alienatũ. ut noſti: ita ad te cõuerterĩ: ut reditũ ad ſe tuũ nõ ſolũ admittat ſed ẽt deſiderare uidatur: itaq; te atq; hortor. ne differas aduentũ tuũ ſed uelis ac remis: ut aiunt. ſecundis flatibus te cõmitas: nã oĩa tibi ĩ portu: oĩa trãqlla futura ſũt. Vale & maieſtati regiæ me comẽda ex urbe roma.v.Kal.ſep.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Nicolao arcimboldo iurecõ.ſal.

Aſce ad te litteras dedi ex Thulentino: unde poſt octiduum arripiã ad uos iter tũ equeſtris inſignibus
h & poetica laurea ornatus. tũ ſecretarius apoſtolicus. Equleus tuus ſi tanta eſſet corporis magnitudine q̃ta animi ne buceſaralo equidẽ cederet. Mirũ eſt q̃ ſe obſequentẽ præſtat. Vale meq; ut facis ama ex Tholentino idibus ſeptẽbribus. M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Archiepiſcopo Rauenati Bartholomeo.

Apoſtolico legato. S.P.D.

Ihil eſſe reor in uiro graui & ſapienti præſertim in eo qui quemadmodum tu in magiſtratu & dignita
n te locatus ſit q pluris ſit faciundum ueritate & cõſtãtia: id aũt tibi quoq; ampliſſimo & ſũma integritate & ſanctimonia pr̃i liqdo uideri nõ ſum neſcius. Nõ poſſum aũt nõ mirari: q eorũ nihil effectũ ſit q̃ nudius nonus mihi corã recepiſti. Tria abs te petii cũ pro mea erga te obſeruantia: tu pro tuæ amplitudinis uel officio uel laude. primũ ut eã oẽm diſceptationẽ que inter meos Tholentinates ſancto ſeuerinateſq; uerſatur: tua diligentia atq; beneficio e medio tolleretur. Nã delegationẽ illã ĩ poteſtatẽ iuriſcõſultũ Bartholameũ firmanũ & ſuſpectã eſſe Tholentinatibus & moleſtã in primis. Et ne id quidẽ abſurde. Eſt.n.ex eorũ hoĩum genere qbuſcũ litigiũ etiam de confinibus eſt Tholentinatibus. Ad hæc uiatica & ſporthulæ locupletiſſimos quoq; populos in odiũ ſui rapiunt. Nec te latet famelicis ſporthulas: quod nomen ipſum σ πορ τα declarat: inicio eſſe nõ magiſtratibus cõſtitutas: Quanta autẽ infamia eſſet ſporthula: uel ex iuuenale licet intelligi. Huiuſmodi aũt oẽm morẽ uehæmenter abhorerrere a ſanctitate ſũmi pontificis Nicholai quinti: debes nequaquã eſſe ignarus. Quare ſi cã tibi erat cognita ide decideres: cõtendi: Sin minus eſſet ꝓ tua humanitate cognoſceres: atq; definires. Fore.n. ut quicqd ipſe de ea oĩ controuerſia ſtatuiſſes: & ratũ haberent Tho. & ita oĩs diſcordiarũ cã interiret. Id. te pater modeſtiſſime. & libenter & itra octiduũ uſq; terminaturum perhumaniter es ꝓbenigneq; pollicitus. q̃ qdẽ res tãta me tibi beniuolẽtia deuixit: ut nihil addi poſſet ad cumulũ. Secundum qđ petierã fuit: ut quinq; dierũ ſporthulas q̃s Bartholus idẽ ſuperuacacanee & auidius exigebat oĩno pro tua inocentiã ꝓhiberes id quod plane te facturum reſpondiſti. Tertiũ erat ne iuſto Tholentinãtiũ in ſancto ſeuerinatis indignato traheretur tanq̃ in crimẽ læſæ maieſtatis. Eſſe.n. tuæ clementiæ ignoſcere potius q̃ cognoſcere præſertim cũ eſſent tholentinates non ſolũ iniuria: ſed contumelia ẽt a ſancto ſeuerinatibus laceſſiti. At eſſe ingentis animi putat Ariſ. obliuiſci iniuriarum. Cõtumelias aũt negligendas nemo ſapiens ꝓbat. R̃ndiſti tãdẽ & ſi in conſcriptis tabellis ut uocant ꝓcederetur minime tñ fore ut ĩnia eadẽ re ferretur. Non poſſum igitur non mirari. q de ſũma cauſe in hunc diem nihil neq; diffinieris: ut es mihi corã pro tua humanitate munificentiaq; pollicitus neq; tentaueris. Et ad tholentinates litteræ miſſæ ſunt ab iſtis qui tua in curia cãm ſuam uel defẽdunt uel: agunt: ꝓpẽdiẽ futurũ ut ĩnia feratur de cã illa: quã ex ciuili criminalem: ita faciunt tanq̃ de ſũmo eccleſiaſticæ reip. ſtatu decertatũ ſit: itaq; ne ſim docendo ꝓlixior tuam benignitatẽ ẽt atq; ẽt rogo: ut q̃ mecũ tã grauiter & tã cõſtãter locutus eſt: ita perſoluas: ut tua dignatio & iuſticia poſtulat: nã põtificis & principis uerbũ eẽ pro lege. Vale meq; ut facis ama ex tholentino.xii.Kal.octobres.M.cccc.liii.

Franciſcus philephusn Iuliano heremitarum generali ſal.

Acit uel ſingularis mea erga te ueneratio uel excellés tua ſapiétia uitæq; ſanctimonia ut audacter abſ-
f te peté:quæ tū apud Deum:tum apud hoīes laudabilia eé duco.Téplum hoc Nicolai Tholentinatis
quē ob piétiſſimoꝝ opeꝝ merita in ſanctoꝝ cætu uniuerſa locat celebratq; eccleſia:in quoꝝ ſacer-
dotum tutella ſtatui decedat:nō latet.Quis.n. ignorat ꝙ ēt ꝓcioſiſſimū ſit:ubi fuerit ſordibus oblitum negli
gi cōtemni que,ſolere:Et res ité minus oīno bonas ob cultū & ornatū exterioré in admirationé ſui rapere in
tuentes.Mētes hoīum ꝑſpicimus eas tñ ex opibꝫ iudicamus Malim eqdé uirtutis ſimulatoré:q̄ aptū hoſté.q
uero aī bonitaté orone uitaq; declarat:hūc ego proxime ad deum accedere iudico.Nec is mihi ſatis offō uide
tur fungi:qui ſane penitus menti non repreſentat exterioris hoīs ſanitaté omni ſermone & uniuerſa uita.Sed
quorſum hæc.ut intelligas pater religioſiſſime multo melius huic diui Nicolai templo & uniuerſo tholentina
tiū populo conſultū:iri ſi tua dignatio eos ſacerdotes eccleſie huic prefecerit qui animi innocentiá per oēm
morū uitæ que obſeruantiá ſanctiſſimi Aurelii Augu.repreſentarint.Qua quidé in ſententia cunctos tholen
tinatis facile reperias. Vale ex tholentino.xiii.Kal.M.cccc.liii. Franci.phi. Nicolao.v.ſūmo pontifici ſal.

Holentinatiū oratores pater beatiſſime piuſtá habent querendi apud te cám.Quos ut ea facilitate au
t dias qua ēt oēs iniuria laceſſitos ſemper cōſueſti:tuā ſanctitaté ēt atq; ēt rogo & oro.Sūt.n.a ſanctoſe-
uerinatibus.tholentinates mei nōn iniuria ſolum:ſed maximis quoq; contumeliis pſepe affecti. Nec
eſt q̄ſq̄ apud dicentes neq; magiſtratus neq; preſes: q remediū uelit afferre.Quo fit ut in dies magis atq; ma-
gis & augeſcat huiuſmodi malū & non ſine maximo periculo inualeſcat.itaq; ad tuā pietatem eundū fuit qui
ca es & ſapiétia & iuſticia:ut tū hoīum fraudes atq; inſidias facile perſpicias:tū oīa grauiter ac innocétiſſime
iudices.nec patiaris plus corruptioné poſſe q̄ ueritaté.Quod hec ſibi uelit oratio:& ſi liquido potes coniecta
re oīa tamen ex optimo atq; integerrimo uiro petro nucerano perſpicue intelliges.adhūc.n.diligéter omnia
uterq; perſcripſi.ad ea aūt beneficia quibus me ornaſti maxime unus hic cumulus accedit:ſi tholētinates mei
cognorint meas apud te litteras ſibi plurimū profuiſſe.Ego hoc ipſo die quo haſce dederā ad tuam beatitudi
né eram ex patria mediolanū repetitura.Nec ſane obliuiſcar & quid debeā & ꝙ gratū eſſe cognori tuæ ſancti
tati:cui me cōmendo plurimū.Vale ex Tholentino:undecimo.Kal.octobres.M.cccc.liii.

Franciſcus philelphus Matthiæ triuiano ſal.

Vod mihi tantopere de redditu in urbé Mediolanū ex lōginqua Romana Neapolitanaq; pegrinatō
q ne gratularis:gaudeo:intelligo.n.me amari abs te plurimū.Qua in re facis tu quidem nihil ab amcitia
noſtra alienum.Non.n.ignoras qui mihi carus es.Quo fit:ut delecter eo magis iſtiuſmodi teſtimonio
quo in litteris uſus es:ꝙ minus quādoq; in amore conſueſti reſpondere.Quod aūt me hortaris in caſtra ut eā
neſcio q̄ mihi ſane conſulas.Nā ferenti hoſtilis regis inſignia ſuccenſebunt fortaſſe Franci:meq; pro Alphon-
ſo rege hoſtiā facient.Itaq; a Renato rege querendū eſt:liceat ne philelfo uerſari inter Francos gladios īpune
uel cū militari cingulo & poetica laurea:tū propriis quoq; decorato inſignibus.Ad hæc ſcire peruelim quam
abundet Sphortiana menſa.nō.n.alio mihi diuertendū eſt quā ad regulū meū ſphortiā ſecundum.ut ītelligas
me famé qdé ferre poſſe in caſtris:eſuriræ uero neq̄q̄ poſſe.Vale ex mediola.ix.Kal.nouēbres.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Ciccho calabro ſal.

Iror:quod nihil ad ea reſponderis:que proximis diebus tibi de re mea ſignificaui.Nondum fortaſſis a
m principe didiciſti:quod cupimus.Itaq; rogo te:ut tandem reſpondeas:meq; de oī eius ſnīa facias cer-
tioré.Vale ex mediolano.ix.Kal.noué.M.cccc.liii. Franciſcus philel.Petro nucetano ſal.

Vm eſſé poſtridie ꝓfucturus in caſtra ducalia:offerreturq; in ipſo ut ita dixerim equitandi cardine ſi
c dus & familiaris nuncius:q Romā peteret:non ſum paſſus eū uacuū meis lr̄is iſtuc ire.Cœpi quod.S.
D.N.pergratū fore cognoui.Et ne interea tp̄is dū hoc agitur:officii obſeruātiæq; & pietatis meæ ui-
derer oblitus.primū eratus carmen de eius laudibus cōpoſuit atq; ædidi:quod ut meo noīe eius beatitudini
exhibeas:te plurimū rogo.Vale ex mediola.iiii.idus noué.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus.Renato regis ſal.

Oſſes tu rex Renate non abſurde admirari quid in cauſa fuerat:ut cū modo in caſtra urceana ad prin
p cipem meum Franciſcum Sphortiam ierim.te qui uix ad quinque milia paſſuum illinc abeſſes cū tuo
inuicto fortiſſimoq; exercitu non continuo adierim:preſertim cum tanti te ſemper fecerim ac faciā.
ut pluris certe neminé.At q nihil mihi in aīo magis erat q̄ & uiſere te regé nobiliſſimum & te tanta maieſtate
atq; uirtute principé alloqui corā ore:qué antea litteris nōnunq̄ cōſueſſem.Dicā paucis quod mihi inopinato
accidit.Quo die inſtituerā ad te ire nunciatū eſt aduentare in caſtra Blancā Mariā clariſſimarū optimarūq;
fœminarū ſplendidiſſimū quoddā certiſſimūq; Exéplū.nō potui pro officio meo nō ei obuiā proficiſci cui &
plurimis & maximis beneficiis ſum obſtrictus.Nihil eſt ſane cui me minus obnoxiū uelim quā īgratitudinis
crimini quo uno uicio uix ullum reor apud bonos & magnos uiros inuiſius ita ſum coactus differre in diem
poſterū meum ad te acceſſum.Poſtridie cum uix dies illuxiſſet:afferuntur ex mediolano ad me domeſticæ li
tere quibus moneor meos quoſdā affinis intentare neſcio quid litigii de uxoria hæreditate aduerſus me.qua
re cum eius rei gratia mihi eſſet opus adire principé meum:q eſt:ut noſti:bellicis.rebus occupatiſſimus:rur-
ſus impedior:quo minus eam ad te:ut oīum maxime deſiderabam.Quid multis.Dū negociis multis obruor
malui carere benigno tuo regaliq; colloquio:q̄ ſi minus id pro dignitate a me factum eſſet.ineptus iudicari:ꝑ
ſertim cum oīno iſtitueri ad Natalé dominicum & uiſcere te:qué & amo unice & uereor:ac tantiſper apud
te eſſe ut nō uiator ueniſſe uidear:ſed ut familiaris & tuus.Et ne inter ea tp̄is uideat oīno abſte abeſſe dedi

ad te monimēta quedā īgenii mei.ut ſaltē intus uideas quem ī cute non potes.Vale ex mediolano.x.Kal.decē
bres.M.cccc.liii. Franciſcus philelfus Petro Thomaſio phō ac medico ſal.

c Vm nuper ab alphonſo rege & a ſūmo eccleſiæ Romanæ pontifice Nicolao:Quinto reuertiſſē me
diolanū:nihil mihi potius duxi q̃ de te quærere:quē mirifice diligo & obſeruo. intelligere certi nihil potui.
itaq; abſte uæhementer peto:me ut facias tuis litteris certiorē:q̃ bene uales & quā noſtri memor.Ad hæc ſci
re cupio qd poſt captiuitatem de conſtantinopoli & urbe & ciuibus actū ſit:quidue efferata illa turcorū bar
baria poſt tantā uictoriā & molita ſit & moliatur.Si meos libellos illos es adhuc ex Bernardo meo iuſtiniano
cōſecutus:uelim huic iſti publico tabellario ad me des.Mittā ad te ſatyrarum codicē modo cures iſtinc illum
mature ad nos redire.Vale ex mediolano.xiii.Kal.ianuarias.M.cccc.liii.

Franciſcus philelfus Malateſtæ nouello ſal.

Vod proximis litteris tibi reſpōderā:idē ēt nunc repetē eſt neceſſe q̃nq̃dē uidere uideor alioꝝ uel per
q fidia fruſta ſcripſiſſe me plutarchi cheronenſis cōparationes uiroꝝ illuſtrū:quæ ille παραλληλα
nominat hic habet nemo:quæ ſcilicet ad latinos traductæ ſunt.itaq; nihil tibi affirmare poſim an oēs
traductæ ſint illæ uitæ an minus traductæ.unū ſcio Lygurgi ac Nūme Pompilii uitas:que apud plutarchū in
ordine primæ ſunt:mea interpretatione latinas eſſe factas:ita ex florentia id tibi ſciendū eſt.Nec enim dubi
to ea in urbe eiuſmodi tranſlationes oīs reperiri.Quæ tibi reliqua ſum pollicitus & oīno abſoluā & breui:in
gratus.n.ſim:ni te & obſeruē & uenerer plurimū.Vale meq; ut facis ama.Ex mediolano.xiiii.Kal. ianuarias
M.cccc.liii. Franciſcus philelpus Alberto Zancario ſal.

Olim tibi perſuadeas queq̃ ex amicis oībus te mihi cariorē.Id.n.cū modeſtiſſimi tui mores: tū pluri
n ma & maxima & beneficia citro ultroq; mutua pietate collata iāpridē facile pſtiterunt.quod autē ni
hil ī hanc diē poſt abitionē iſtinc meā ad te ſcripſerim:illud.ſ.fuit ī cauſa:q frustra id facere nolebam.
Nundum.n.princeps meus rediit ex caſtris.Neq; eo abſente habeo:quicq̃:q tibi ſim ſcripturus. Tu interim
bōa ſpe eſto:nō.n.fallā quā de me īdubitatā habes opinionē.Vale ex medio.xiiii.kalen.ianuarias.M.cccc.liii.

Franciſcus philelphus Nicolao cebæ ſal.

Viſſent tuæ mihi litteræ pro noſtra amicitia iucundiſſimæ:niſi triſtē mihi de obitu uxoris tuæ Marie
ſ ſpinulæ fœminæ pudiciſſime nuncium attuliſſent.Nō.n.potui non dolere.cū intelligerē eā tibi rem
non mediocri eē incōmodo.Nam ei certe non modo nihil accidiſſe:mali:ſed potius boni plurimum
contigiſſe credendum eſt:quandoquidē ex terrenis:ut ita dixerim.huius gurguſtii peregrina atq; mortalis:
īmortalis ciuis effecta ſit cœleſtis illius ſempiternæq; ciuitatis:ubi nulla uarietas eſt:nulla mutabilitas:ſed oīa
plena trāq̄litatis:ſecuritatis:beatitudinis.itaq; nūc illa fruitur illo bono:quo nihil ē maius:nihil meliuſ:nihil op
tatius.Nā Dei quā græci ζσιαν uocant preſens corāq; ſūmo cum gaudio cōtēplatur.perſpicue intuetur: abſo
lute intelligit.Vide igitur ne dum tuū luges incōmodum:uidearis illius inuidere cōmodo:cui te tātopere oſtē
dis affectum.Sed hac de re ſatis.Non enim neſcio te omnes humanos caſus ītelligere q̃ modice ferre oportē
at.Nec eges conſilio:qui id dare aliis conſueueris:noui prudentiam tuam:noui conſtantiam:noui animi ma
gnitudinē.Facito eum te preſtes:quem hoīes opinant:hoc eſt & grauē & ſapientē. Quod autem ſcire uis:qd
ego de te ſentiam:nubendum ne ſit an non nubendum:& utrum puellæne ac uirgini an uiduæ grandiuſcu
læ:reſpondebo paucis:ac tibi ſententiam animi mei liquido oſtendam:natura fit:ut & creata & genita oīa in
ſua ſpecie ſeruari uelint.Id autē aliis alia uia minime abſurda paratū eſt natura.Homo hominis ſæmine nō ar
te promethei cōſeruatur.Lege cautū apud nos eſt:ut una uxore eodē tpe homo cōtentus:id quod etiam non
modo Cecrops uetuſtiſſimus ille rex:ſed quod longe magis mouere non debet in primis parentibus uidetur
inſtituiſſe.Deus oīpotens q̄q̄ & Habrahā & iacob duas ſimul uxores habuiſſe perhibentur.itaq; minus ē mi
randū ſi duas uxores eodē tempore habuit Socrates:& Athenienſes itidē alii permulti.Multo pluris habebāt
Reges mauritaniæ ac Sythie & īdie quos ut licet exiſtimari imitatus ipſe mahometus ſingulis ſuæ perfidie
ſectatoribus uxores ſeptenas ducendas permiſit.id oēs qui uel duas uel pluris uxores habendas ſtatuunt:eam
fortaſſe rationem obtendant:q ad augendū humanum genus ea res ſit conuenientior:id quod ſecus uenire
uſu cum ratio ipſa docet:tum non minus experientia.Viciatur.n.deprauaturq; natura & procreandi uis:coi
tu uenereo frequentius repetito.At is ſæpius repetatur neceſſe eſt in multitudine uarietateq; uxorū qua ho
minis cupido uæhementius excitata ui quā neceſſitate magis delectatur:cum naturæ bonitas ultroneis atq;
neceſſariis gaudeat non coactis:& iiſdē in tempeſtiuiſ.Vnde fieri uidemus:ut multis pluribus chriſtianis abū
dent liberis quā mahomeſtitæ & oīs intemperantia barbarorū.Quod ſi uxor procreandi gratia eſt inducta
adeo ut is qui apud Lacedemonios uitam egiſſet cælibem:infamiæ eſſet obnoxius:quid dubitemus quan
diu uiri officio fungi quis poteſt:haud q̄q̄ eum decere a re uxoria abhorreret.quid cū omnibus eſt faciundū
qui uel lege uel alia honeſtiore cā minus īpediantur:tū nicolao cebæ uiro ætate adhuc firma opulento nobi
li ac maribus carenti filiis.nam filiæ quoniā in alienā domū nō tā tranſcribuntur:q̃ leuādi honoris gratia trā
duntur:uix filiorū loco habende:ſunt quippe que paternæ domus nullā oīno curā preſeferant.Puella ne an
uirgo ducenda tibi ſit:an grandior ac uidua:facile eſt conſilium.Quattuor ea ſunt quæ ī uxore :deſiderantur
probitas:uenuſtas:nobilitas:opes.Hæc tñ bdeſcrimen faciant ut malis pudicam uiduam quam impudicam
uirginem.Quod ſi eadem in utraq; concurrant uirginem uidue puellā ꝓ grandiuſcule pferendā cenſeo ut la
ceræ uetuſtiue obtritæ integrā ueſtem ac nouam:Quod eo magis tibi faciendū ē quo facilius intactam: &
puellam moribus tuis effingas:q̃ natu grādiorē ac thori cōſciam.malimq; hac in re ſequi romanos q̃ lacedæ

nos.ná hi qm̄ rei bellicæ.equeſtriq́ ſtudebant uxores ducebant triginta natas annos aut ét grádiores.Puta-
bant.n.robuſtiores partus gigni ex huiuſmodi mulieribus.At Romani q nulla re Lacedæmoniis fuerunt iſe
riores:quæ duodecim compleſſet annos:nubilé eſſe ducebant:ætaté ſcilicet admodú facilé:quæ uiri ingenio
& moribus accómodaretur.Partus.n.róbuſtitaté in nutrimento & intima ui nature pro horoſcopii qđ aſtro
nomi uocant ſyderis in fluxu non in gignentiú annis poſitá eſſe.Quá ego ſecutus ſniam quas duas habui dei-
ceps uxores alterá:ut noſti cóſtantinopolitanam:alterá mediolanenſem uirgines & puellas:non grandioris
uiduaſue ſelegi. Et ſi tertiú mihi nubendum eſſet:eodé uterer inſtituto.Ne ſue detererer qđ annú iá ſextú &
qnquageſimú agens:natuſ enim ſum anno a natali chriſtiano milleſimo trecenteſimo nonageſimo octauo:&
id quidé octauo Kal.auguſtas:minus q puella uellet:anhelaré.Ná ne robuſtior qdé ætas præſtare id queat.Pro
creatio filiorú non expleri nó obrui potu expetit:ſed leui irrigatione ſed pinde atq́ libatione contenta é.qua
re oium primú tibi ſtudendum arbitror:ut puellá pudicá ducas pbiſq́ parentibus natá Hæc.n.nihil plus no-
rit:nihil plus uolet:quá ipſe præbueris.Quod ſi alia quedá uel fortunæ uel tpis ratio te uiduæ ducédæ aſciue-
rit:modo ſobriá & prudenté inuenias:amoré uiri mortui nolim pertimeſcas.Ná memor ille noſtris: Acida-
liæ paulatim abolere ſicchæú incipit:& uiuo pretemptat uertere amore.Hæc ſunt:quæ tibi in ſúmis occupa
tionibus meis reſpondere potui.Reliqua tu ut es uir ingenio & prudentia ſingulari:nó difficile conſiderabis.
Te uehæmenter ét atq́ ét rogo:ut ad me q́ diligentiſſime pſcribas rem oém Cóſtantinopolitanæ captiuita-
tis.Ná alii aliter narrant.Et an uniuerſus populus ſit actus in ſeruituté:tantaq́ cædes facta:quantam uulgo tra
dunt.Præterea quo in ſtatu eſt Galatas:ac finitimi reliqui chriſtiani populi:q turcorú apparatus.Ná qđ mari
ſint italiá inuaſuri:nihil eſt:qđ minus credá.Per cótinenté illis eſt iter & per Dalmatiá pánoniáue.Hæc.n.có
ſideranti mihi potior ratio uiſa eſt.Tu ueli quid ſentias itelligere.Vale & me facito certioré an ſint res ueſtræ
cum Alphonſo rege cópoſite Bellú ne uobis aduerſus illú an pax futura ſit.Ex mediolano.x.kal. Februarias.
M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Nicolao uaroni ſal.

q Vi tibi reddidit has litteras:uir eſt & bonus & nó indoctus:mihiq́ multos iam annos perfamiliaris:
qué & ut diligas & cómendatú habeas.Rogo.Vale ex mediolano.x.Kal.februarias.M.cccc.liiii:

Franciſcus philelfus Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

n Ihil in hanc dié acerbius ſenſi unq́ in uita nouæ Romæ captiuitate.id qđ ſi ſecus mihi accideret:iudica
rem me profecto ingratitudine omni ingratioré:nó ſolú quod & ſocrú mihi cariſſimá manfrediná
auariá nobiliſſimá & pudiciſſimá fœminá ac duas eius & ſocri mei ioannis Chryſoloræ pſtantiſſimi
equitis aurati & eruditiſſimi uiri filias meorú quattuor filiorú materteras in obſcurá ſeruitute a barbaris &
teterrimis turcis actas audio:ſed eo magis:quod ea urbe ut matre ſum uſus & altrice educatriceq́ iuuétæ ſtu-
dioriq́ meorú.Verú qm̄ humane res oés mutabilitati ſubiectæ ſunt & que principiú habuerunt:finé etiá ali
qn̄ habeant:natura neceſſe eſt:meipſum accuſo qđ uelim fragile & caducú aliquid ſempiternú fieri.Hac etiá
róne tibi quoq́ luctuoſiſſimú caſum tuú & egritudiné oém quá ex ímatura atq́ ímitti morte filii fratris tui
inocentis & optimi quidé illius iuuenis cócepiſti æquiore aío ferendá céſeo.Nihil.n.apud uos ſit íuito deo.q
nouit oía & conſulit meliora.Reliqua uero que ad me ſcripſiſti:placuerunt.oía faciáq́ propediem ut intelli
gas cóſiliú apud me tuú plurimú ualuiſſe:Te interim uehementer rogo operá:des:ut ex Bernardo iuſtiniano
qua tibi antea ſcripſi:& cóſequaris.& huic iſti tabellario ad me des:Præterea hippocratem quoq́ meum ſi ex
Matthæo Peruſino philoſopho ac medico doctiſſimo aſſecutus es:mitte ad me.Si quid aliud certi habes de
turcis & rebus orientalibus uelim q́ diligentiſſime ad me perſcribas.. Vale ex mediolano.x.kal. februarias.
M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Ioanni m ario Filio ſal.

f Aciunt occupationes meæ ut ſim ad ea reſpondendo breuior.q́ proximis lřis a me petteras: Leonar-
dus theologus idéq́ mathematicus duo nó tam eloquenter q́ ſubtiliter opera in mathematicis elucu-
brauit annis ſuperioribus:alterú in geometria.quod artis metricæ noíe appellauit:ob eá ſcilicet ratio
nem:q; μετρον græcú menſurá ſignificat apud noſtros alterú in arithmetica.qđ eſt de numeris ſupputandi
q ratione αριθμος.n.non ſcis:numerus eſt apud latinos:Si quis auté titulú deprauarit:ut quæ de numeris é:
inſcripſerit arté metricá:quæ tota in dimenſione uerſatur:ipſe uiderit.Res.n.ita habet:ut dicimus.Qui ſecus
ſenſerit græce litteraturæ & ipſius diſciplinæ indoctus eſt:Quod aút de Marone ſcripſiſti:id totú é fabuloſú.
Ná neq́ de Chriſto ſenſit Maro:ſed de Pollionis filio:quod de Chriſto multo ante ſybilla afflatu diuinoquo
dá uaticinata eſt.De Vlyſſe uero qđ dicis placere quibuſdá ſcribi per.i.latinú &.x.ante.es Vlixes.aut hi ſunt
iperiti grecarum litterarú:aut oino negligétes.Vlyxes.n.græcú eſt nomen.ὀδυσσεύς:i ſcilicet breue mutata
in.u.id quod in aliis pleriſq́ fieri cóſueuit &.d.in.l.more nó ſolú noſtro:ſed etiá græco.Quod uero υψιλον
quod eſt.y.tenue uertatur in i aut duo.ſſ.in.x.nec grámatice ratio patitur:nec ulla ueterum auctoritas. Ná qđ
ſcribis de.xx.geminato:id nó ſolú abſurdú eſt:ſed ineptú ſane & fatuum cú ex tot cótinuatæ cóſonantes quæ
quattuor ſunt duæ ſemiuocales & due mutuæ ſimul eſſe nullo pacto poſſint. Hercules hoc eſt ἡρακλῆς co-
gnomen eſt uel fortaſſis agnomen potius Alcidæ qui uir fortis & magnus imperator poſt res clariſſime ge-
ſtas iunonis inuidia glorioſus Hercules dictus eſt ἥρα.n.eſt iuno.κλέος uero fama ſeu gloria. Qua ratione
factú uidemus:ut nonulli cognominati ſint hercules.De liberalitate & munificentia eam cenſeo fieri differé
tiá q́ græci inter ἐλευθεριότητα & μεγαλοπρέπειαν uoluntut liberalitas ſit inter paruos homines
ca μεγαλοπρέπεια uero hoc eſt aduerbiú magnidecentia nomen apud nos inuſitatú inter magnos uiros

uerſetur magiſq; in rebus. Vt q̃ magna pro dignitate muneret: ſit apud illos. μεγάλοπρεπής apud nos uero magni decẽs: uel quod uſitatũ uidemus munificus. Sed qui in paruis muneribꝰ liberalẽ ſeſe nõ abſurde preſtat: is a græcis dicitur ἐλευθέριος. Nec illud uolo te lateat conſueſſe quoſdã μεγαλοπρέπειαν interpretari magnificentiam errantis hos quidem. cũ magnificentia uel locupletiſſimo Ciceronis teſtimonio ſit ſpecies fortitudinis. Vale ex mediolano: xiiii. Kal. martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Petro Thomaſio philoſopho ac medico ſal.

q Vo nihil ĩ uita poſt obitũ illius ſũmi uiri Leonardi mei iuſtiniani luctuoſius aut mœſtius audiui: mihi nup ẽ renciatũ Franciſcum barbarum priſcæ grauitatis & eruditionis exemplum migraſſe ex hac luce Magna eſt noſtro ſæculo pmagnæ eloquentiæ iactura iniecta. Venetiis uero oĩbus plane ſingularis qui talem uirum amiſerunt: qualem habent alterum neminem: De doctis atq; diſertis loquor. Nã uiros grauis & ſapiẽtis ſcio eſſe Venetiis pene ĩnumerabilis. Sed qui idem & græce eſſet & latine doctiſſime eruditus: quem alterum habeatis illuſtrẽ audio neminẽ. Doleo igitur & ueſtrum in tanto uiro & noſtræ tempeſtatis naufragiũ. Oſtenderẽ autẽ uerbis pluribus mœrorẽ hunc meũ: id quod ne in preſentia faciã repentina profectio tabellarii impedimento eſt. Quare de hoc ſatis. Tu uelim noĩe meo cũ iis uerba facias quos ille ſibi heredes iſtituit repetaſq; meos illos codices græcos: quos barbarus habuit a me mutuo: & totiens: ut ſcis: per litteras atq; internuncium repetiuimus. Vale ex mediolano. xiiii: kal. martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelphus ioanni mario filio ſal.

D ea que petieras pximis diebus: rñdi tibi. Quid iſtic tibi honoratus ſit locus: gaudeo: redibũt fortaſſis aliquando taurinates cum muſis in gratiã. Eſt. n. urbs iſta & uetus & nobilis a Phaethonte: ut tradũt cõdita. Tu uelim a minerua ne deſciſcas. nã repugnante natura nihil fieri recte põt. Itaq; male te debes & oratorẽ & poetã eundẽq; philoſophũ q̃ iuriſconſultũ & tabulã mercenariũ. ne illi faueã cui me odio eſſe & ipſe dicis & ego noui. ignorare mihi uideris: dũ mones ſolere τοὺς μεγαλοψύχους iniurias non cõtemnere minus quã obliuiſci. illius: ſit maledicere: noſtrũ autẽ benefacere. Vale ex mediolano. viii. Kal. martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelphus nicolao qnto ſummo pontifi. ſal.

Tephanũ Caciã nouarienſem iuriſconſultum & Taurinatẽ archidiaconũ tuæ ſanctitatis cubiculariũ in his q̃ mihi expoſuit tuo nomine & ſũma cũ obſeruãtia & libentiſſime audiui. nec diligenter minus q̃ fideliter geſſi oĩa geroq; aſſidue: q tũ litteris tuis: tũ eius nuncio tibi grata fore cognoui. Habeo autẽ beatitudini tuæ gratias ĩmortalis: qđ fidei meæ pietatiq; erga te ita fidis: ut debes. Quid. n. pro te facturus: nõ ſim cuius ſingularem ſum iampride beniuolentiã & præcipuã mõ benignitatẽ ĩ me expertus? Tantum me tibi debere ĩtelligo: ut ne uitã qdẽ ipſam ĩ mea magis q̃ ĩ tua poteſtate poſitã eſſe ueli. Itaq; ĩperare ſit tuum p uoluntate oĩa parere autẽ meum cum oĩ ĩtegritate uenertione ĩduſt ria. Vale pater beatiſſime. Ex mediolano. iiii. Kal. martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelphus Petro nucetano ſal.

Ntonio Lyttæ mediolanenſi preſbitero litteras ad te dedi. iiii. idus nouembres. Eratq; cũ his ſapphicum adonicumq; carmen ad ſanctitatẽ dñi noſtri longiuſculũ. Sum autẽ miratus: qđ mihil ĩ hanc diem mihi rñderis. nec potui nõ dubitare ne litteræ tibi meæ reddite fortaſſe nõ eſſent. Noui. n. facilitatẽ noui humanitatẽ: noui liberalitatem aĩ tui: itaq; nõ ſine cã id accidiſſe arbitror. Sed cũ hac de re: tũ de aliis nõnulli Xenophon filius tibi corã exponet. Tu uelim me ut facis: ames. Tibiq; pſuadeas eũ eẽ me: qui tibi oĩum maxime noſtri ordinis ſim affectus. Conuiuia mediolanenſia eidẽ Xenophonti filio ad te dedi. Vale ex mediolano. iiii. kal. martias. M.cccc.liiii.

Frãciſcus philelphus malateſtæ nouello ſal.

T Galbæ & Othonis Cæſarũ uitas ex Plutar. ad latinos traduxi: tuoq; nomini dedicaui. Quid autem in cauſa fuerit: quod eas Xenophõti filio nũc iſtac iter facięti ad te nõ dederĩ: idẽ xenophõ tibi coram exponet. Poſt dies qndecĩ ſiqs oblatus fuerit: cui ea res tuto cõmitti qat: dabo ad te. Tu uelĩ tibi pſuadeas mihi tuo noĩe nihil eẽ iucũdius. Nã dignus es p tuis maximis ſplẽdidiſſimiſq; uirtutibꝰ: quẽ oẽs diligãt: amẽt obſeruent: uenerent. Ego ppediẽ fore ſpero: ut pax faciat poſt liminiũ: tantus & barbarorũ & exterarũ nationũ terror ĩpẽdet. Vale ex mediolano. iiii: kal. mar. M: cccc. liiii.

Frãci. phi. Petro pleoni ſal.

b Inis aliis litteris tibi ſignificaui Ioannẽ Caimũ neq; feciſſe: neq; facturum ſani qcq̃ de re tua. Seq; dicit tibi debere nihil: quoniã pro te aliis ſatiſfecerit. At illi quos is pdicat: factũ id pnegãt. itaq; ſi me audis tute mediolanũ cõcede. Nã ſi ſecus feceris nihil feceris: ædeſq; negligentia tua quadã amiſeris. Tũ rẽ paucis tenes. Reliqua ex Xenophonte filio corã accipies. Vale cũ pudiciſſima uxore tua: Meq; tuo illuſtri principi cõmenda. Ex mediolano. iiii. Kal. mar. M.cccc.liiii.

Fran. phi. Petro Barbaro Cardinali ueneto. S.

Enophonti filio Romã uenienti iccirco litteras ad te dedi: ut intelligeres. me tanti facere beniuolẽtiã tuã quã mihi nuper cũ iſtic eſſem certiſſimis documentis corã declaraſti: ut oĩa de te mihi ſperare poſſe uidear. id aũt eo facio & maiore cũ fiducia & libentius: qm̃ noui nullũ apud me unq̃ inter moriturũ beneficiũ tuũ. Nã eſt. apud me antiquius nihil gratitudine atq; pietate. Reliqua tu ex Xenophonte cognoſces Vale pater ampliſſime. Ex mediolano. iiii. Kal. mar. M.cccc.liiii.

Fran. phi. Dominico Cardi. firmano ſal.

On poſſum nõ accuſare erratũ meũ: quod cũ nuper fuiſſem Romæ: ad te minus ſalutãtũ ierim: cui me iãpridẽ norim eſſe cariſſimũ. Nolim tamen exiſtimes id uel negligentia mea uel quod tui oblitus fuerim: accidiſſe. Sed cũ cupio in te adeundo minus ineptus exiſtimari: ſui in officio ſeruando minus erga te officioſus. Volebã. n. & pro amplitudine tua & pro decoro adire te: & in eos cõferre ſermones: q auditione tua & oratione mea non indigni iudicarentur. Quare dũ ſtudeo ea expedire negocia: q mihi erant apud ſũmum pontificẽ: pluſq; in his q̃ putarẽ temporis cõſumo: tãdẽ coactus ſum non te ante adire q̃ abire itaq; in

ipſa abitiõe mea ex urbe Roma ĩter equitãdũ accedo ad ipſas ædes dignatiõis tuæ.is q triclinii preeſt oſtio reſpondet in cubiculo te eſſe diuino ĩtentũ miniſterio:nec licere ſibi interea temporis:adire te. Quid multis horas expecto cũ ne ipſe qdem oſtiarius amplius qcq̃ reſpondet mihi.Quãobrẽ dũ uideo mirũ ſeruari ſilentium:& ipſe ad abeũdi ſollicitarer a comitibus:ne aut ĩportunior aut ineptior dici poſſem:abiui equidẽ ſubtriſtior:qđ uiſere te nequeuerim quẽ mirifica obſeruãtia ꝓſequor.Tenes ecce rem omnẽ.Tuæ fuerit uel clemẽtiæ mihi ignoſcere uel iuſticiæ oſtiariũ caſtigare.qui ut ẽ genere germanus:neq̧ hũanitatẽ ſapiat nec hoĩum hẽat diſcrimẽ.Reliqua ex Xenophonte filio cognoſces.Vale pr̃ hũaniſſime.Ex mediolano.iiii.Kal. martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelphus ioanni auriſpæ.ſal.

q Vanti ego te ſp fecerim ac facio.nemo ẽ.qui id melius ſciat.q̃ tu.id certe exploratiſſimũ habeo me tibi eẽ cariſſimũ.Fide ãt in amicos & prudẽtia tanta uales:quanta ſcio maiore neminẽ.itaq̧ nihil ẽ qđ de te ſperare nõ auſim:Quibus ãt in rebus tuã mihi & operã & diligẽtiam p̃ſtes:uelim Xenophon filius tibi corã oſtẽdet.:Vale ex Mediolano.iiii.kal.martias.M.cccc.liiii.

Franci.phi.Aenico Daualo equiti aurato ſal.

c Vm ad undecimũ.Kal.ſeptẽ.ex caſtris regiis abiiſſem repetiturus mediolanũ:nihil mihi moleſtius fuit.q̃ qđ te qm̃ heſterno ueſperi.Neapolin reuertiſſe ferebaris.eo die uidere cõplectiq̧ nequiuerĩ itaq̧ abiẽs mecũ tuli incredibile deſideriũ tui.quẽ & abſentẽ:abſens intueor & cõplector & alloquor:Cupio ãt maiorẽ ĩ modũ ꝑ tuas litteras intelligere:& qd agas.& q̃ tibi carus ſim.Sed hoꝝ alterũ pſpicuũ mihi ẽ.nõ.n.poſſum nõ amari abſte:quẽ tãtope ipſe colã:Alteꝝ bene ſpero.nã q uir magnus es & rebus ornatus oĩbus:te bñ agere:ac rebꝰ uti ſecũdiſſimis dubitare certe nõ dẽo.Gratiſſimũ tñ mihi facturus ſis.ſi q̃ de te mihi iſſpe ſũt polita:ea tu lr̃is tuis uel cõfirmabis uel augebis.Vale decus meũ Et me Alphõſo regi cõmẽda:& ut ſoles cariſſimũ effice ex mediolano.iiii.Kal.mar.M.cccc.liiii. Fraci.phi.nicolao cebæ ſal.

i Ncipienti iã mihi expectare lr̃as tuas aliud occurrit in mẽtẽ.Cupio.n.ex te intelligere.ullanæ a uobis ſit aut in Thraciã aut ad chios nauis traiecta.quæ iſtinc ſoluat ante.Kal.maias Et hoc & q̃ ꝓximis litteris ad te ſcripſi ne negligas.rogo.Vale ex mediolano. viii.idus martias.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Alberto zancario ſal.

d Eus malefaciat factionibus ſuſpicionibuſq̧:qbus fit.ut tuæ meæq̧ uolũtati mos geri nõ poſſit. Petierã a principe meo.qđ te uelle ĩtelligebã:is mihi liberaliſſime reſponderat.ut ſp.Oĩaq̧ mea cã facturũ ſe affirmabat.Deiñ cũ rei cõficiũdæ ſtudeo aĩaduerto hũc refrigeſcere.qđ ego moleſte ferẽs cũctatiõis cãm qro.Tãdẽ mihi rñdet ſe & mea & tua cã uelle oĩa ueri tñ ne iſtic aliq hmõi bñficii genus ĩdignitate patiatur.itaq̧ ſibi & hoĩum habẽdã eẽ & tẽpoꝝ rõnẽ.Reliqua tu ꝑ tua prudẽtia cõiecta.Vnũq̧ tibi pſuade nihil apud me eẽ antiqs beniuolẽtia nr̃a.Vale ex medio.v.nonas martias.M.cccc.liiii.

Franciſci philelfi Epiſtolarum.Liber Duodecimus.

Franciſcus philelfus Lombardo Collioni.S.P.D.

a Mici quidã tui qbus ego familiariſſime utor expoſuerũt mihi & igenii tui bonitatẽ : & non uulgarẽ facũdiæ laudẽ.Quibꝰ certe rebus ſum nõ mediocriter delectatus.Perdocti.n.repiũtur pſæpe multi.Sed q idẽ & ĩgenio polleat & eloq̃a eoꝝ ẽ in nũero collocãdus:quoꝝ raritas cũ phœnice cõparet̃.Floruit eloquẽtia Demoſthenes ĩter græcos oĩs.Sed idẽ fuit ĩgenio tardiore.ingenio Demades claruit plurimũ.quo fretus ex tpe diſertiſſimus uidebat̃. Verũ iccirco ſcripta eius nulla extãt qm̃ eloquẽtiæ uim ſplẽdorẽq̧ ĩtimũ minus ſaperet:Sũt.n.nõnulli.q eloquẽtes exiſtimati.ne diſerti qdẽ ſũt ſed apta qdã & ſonora ac uenuſta uerboꝝ feriæ facũdi qm̃ uideant̃ ĩ raris habẽt̃ oratoribus.At cũ oĩ retũ uel in primis ĩ eloquẽtia tria reqri ſolẽt ingeniũ:doctrina:diligẽtia qbus ipſis q ualet.nõ hũc nõ poſſũ eloqntiæ laudẽ aſſecutũ exiſtimare.Tui te amici ĩgenii laudãt. Preceptoris fama guarini ueronenſis rhetoris minime cõtẽnẽdi nõ ĩdoctus.mihi ꝓbari dẽs.Mõ diligẽtiã adhibeas. q̃ ĩ exercitatiõe maxĩe apparet:nihil tibi.deſit ad optimũ oratorẽ.neq̧ ipſi Demoſtheni.neq̧ ciceroni nr̃o oĩa naturæ adminicula affuerũt:Sola diligẽtia hoc pficit q quidẽ una uirtute : uirtutes oẽs cõtieri putãt.Hac ego te tũ aĩaduerto delectari.cũ te maxime dicẽdo exercueris.id ãt ita in te eẽ ĩtelligã:ſi tua ſcripta & ꝑ amicorũ: tuoꝝ opinione & ꝑ mea expectatiõe q̃primũ legero.Vale & me neceſſario tuo Bartholomeo Collioni uiro fortiſſimo caꝝ effice.Ex mediolano.v.idus martias.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Xenophonti filio.S.

l Egi lr̃as tuas.q̃s ex Bononia dediſti ad me.qđ te tã diligẽtẽ itineri p̃ſtiteris.nõ ĩprobo.moneo tñ cõſideres.nõ mõ:qd ipſe poſſis:ſed qd ẽt equus:ne nimia feſtinatio feſtinatiõnẽ tollat Venerũt nudiuſſecundus Mediolanũ ex urbe Ro.nobiles uiri tres Cõſtãtinopolitani:& hi qdem diplouatazæ: q mihi ũerbis p̃ſtantiſſimi nr̃i Gazæ ſalutẽ dicerẽt.miratus aũt ſum qđ his ad me Gazes litteras nullas dederit:Tu q̃ tibi mãdauimus:diligenter cura.Vale ex medio.vi.idus martias.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus ioachino Ambroſioq̧ theologis ſal.

e Runt fortaſſe:q mirent̃:qd ego uos ueniã ſũmis ur̃is laboribus ad ea hortaturus.q̃ nondum a quoquã uel tẽtata ſunt uel ſcripta:ut qm̃ ſatis ſupq̧ oĩs iudeoꝝ de Chriſto Ihesu peruicacia obdurataq̧ inſonia inexpugnabilibus tã multis illiſq̧ ueriſſimis & argumẽtis & rõnibus.q̃s uiri pene ĩnumerabiles ĩgenio doctrina:ſanctimonia excellẽtes in medium attulerũt:ꝓſtrata iãpridẽ atq̧ cõuicta iacet.incipiatis iam tandẽ cũ docetis ĩ populũ cõuertere orõnis gladios in ſceleratũ illũ & ĩpiũ mahometũ:quẽ figura & ĩmanitate truculẽtiſſimæ beſtiæ ioannis Apocalipſis nobis denũciauit.nõne uidetis patres ſapiẽtiſſimi iam uniuerſũ ꝑ p̃

terrarum orbē parere ꝑ oēm ītēperātiam nefarii illius abominalibiſq; latronis ſpurciſſimis ſatellibus? Nonne Africa tota ſeruit Mahometiſtis? nō idē patit̄ Aſia? nā oriētalis æthiopia q̄tula ē ad Aſiā uniuerſam? At Europa quā ab aſia diuidit Tanais ꝑmulta iā regna cū Scythis & turcis:tū ēt Afris ſubiecta intuet̄. Eoq; adducta eſt calamitatis:ut de italia ſibi nūc metuēdū ſentiat. Mirent̄ ergo īprudētes ut libet. Ego.n.ita ſentio:longe maiorē uos fructū ſplēdidioreq; gloriā es his pugnātibus atq; infeſtis Mahometiſtis reportaturos q̄ ex iudæis nō mō nō repugnantibus:ſed late tādiu fuſis humiq; iacētibus. Quod ſecundo loco uos hortor id totū ē de græcis. Satis hi magnas dederunt pœnas. ſi qd errarunt qđ p̄rio ſolo exterminati ſunt qđ parētes filios uxores:bona oīa amiſerunt:qđ mēdicāt:qđ ſeruiunt. Verum & hoīes certe ſunt & Chriſtiani. At ſciſmatici at heretici. Hæretica cōſtātinapolitana eccleſia nunq̄ fuit ætate noſtra: Sciſmatica fortaſſis aliquādo:non tn̄ ſciſſa ea a Turcis capta ē:ſed publicæ cōiucta cū Ro.ecleſie.nā alieni cordis arcana temere iudicare peccatū ē:nec item minus ꝑſepe deus bonos q̄ malos affligere conſueuit:non ob peccata q̄ ipſi ꝑpetraſſent tantas acerbitates paſſi ſunt martyres:paſſi Apoſtoli:paſſus Chriſtus optimus maximus. Præterea ſanus paſtor relinquit uniuerſum gregē:in ſolitudine:ut requirat amiſſam ouē. An minus aduertitis neminem in hac urbe uti charitatis munere ī hos græcos q̄ optimo nati genere mendicāt ſtipem:ut ſe ac ſuos a Turcis redimāt Hæc certe īhumanitas magna ē:cuius ne uos ſitis in cā ipſi ꝓuidete. Quin hortemini ꝑ deū īmortalē populum uniuerſum:ut & afflictis & Chriſtianis beneficiant:ne indignet̄ Chriſtus iheſus eos cōtēni q̄ ſuo nomine opem quærunt. Valete p̄res optimi mediolani ex edibus noſtris.v.idus martias. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Andreæ ferrarienſi ſal.

e T ſi mihi es incognitus:tuæ te tn̄ lr̄arum notæ qbus i ea es uſus inſcriptiōe:quā ſocrus meæ Manfrædinę Chryſolorinæ lr̄is adieciſti:nō mediocriter notū faciūt. Gaudeo igit̄ te iſtic eē:q̄ & res magnas uideris & uiſurus ēt ſis. Tuū aūt fuerit ut ad nos aliqd ſcribas diligentius:quo te nō minus intus q̄ in ente ꝑſpiciamus. Vale & ſi qd ad liberationē ſocrus meæ eiuſq; filiorum afferre uales peto ne negligas Hoc erit & mihi gratiſſimū & tibi honorificū. Ex mediolano pridie idus martias. M.cccc liiii.

Franciſcus philelfus Bernardo iuſtiano ſal.

n Ihil eſt mihi bn̄iuolētia tua certius: Quid.n.nō ames:quē uir maximus & clariſſimus pr̄ tuus Leonardus & dilexit unice & ſūmis beneficiis affecerit? itaq; nō mō nō miror:ſi qn̄ meis lr̄is inuitatus nihil rn̄deris:ſed ignoſco potius occupatōnibus tuis:qbus fit:ut neq; amicis poſſis nec ipſi tibi oīo ſatiſfacere. Verum ſi qd otii qn̄q; nactus fueris:rē mihi facies gratiſſimā:ſi & de te & de rebus tuis me reddideris certiorē: in primiſq; nunqd in naufragio byzantino iacturæ quippiā paſſus ſis:nō.n.poſſum nō uereri ne qd inde tibi detrimēti acciderit ob tuas pecunias:quas habeas Conſtantinopoli in mercatura occupatas. Ad hec rogo te ut opuſcula illa mea quæ abſte meo noīe eloquētiſſimus medicus Petrus Thoma.petit huic iſti tabellario aut eidē cōmuni amico ad me des. Vale ex mediolano pridie.kal.apri.. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus ioachino theologo.ſal.

t Unm iſtud doctrine genus quo ad chriſtianā ueritatē in populū uteris:mihi certe ꝓbat̄ plurimū. Sunt .n.aliq hebeti adeo obtuſoq; ingenio:ut nihil ex ſeſe inuenire audeāt:his cōtenti dutaxat q̄ priſci ſcriptores pientiſſime excogitarāt. At hi qdē oēs & ſi doctrinæ poſſunt ac diligentie cuiuſpiā iure laudari: quod acute ab aliis ſubtiliterq; inuenta & copioſe ipſi & memoriter in mediū ꝓferant nulla mihi tn̄ ingenii ſui p̄ſtantiā declarāt:cū ad cumulatū oī uirtute uirū ingeniū in primis requiri ſoleat tu uero nouat ꝑmulta eaq; ſalutifera ex te eruis:nam ſigna cœleſtia quibus uidemus ab aſtronomis quem ζῳδιακὸν circulum uocant:inſignitum transferre in chriſtianā fide ꝑpulchrū ē. Quod aūt ad arietē attinet: unde aſtronomi initiū ſumunt:ego arietē exiſtimo a græco ductū:q̄ ē ἄρυς.nam hoc noīe q̄ttuor ſignificari græci uolunt.interdū ferrū:unde. Homerus αἷμα τὸσ ἀσσιαρηα. interdū bellum: idē ὄφρα κεν ἐγείρομο ξύναρη Quando uulnus idē poeta.ἐν Ταμαλίσσ τινετάρησ ἀλεγεινοσ Sæpius uero martē:ut ē apud eundē Homerum ἄρες ἄρες βροτολοιγε quo ēt uno ipſi uerbo & ferrū:& bellum:& uulnus ſignificamus A hoc igitur nomine arietē q̄ſi martialē æque tractū arbitror atq; a marte martiū. Quod ſi naturā figurāq; arietis cōſideremus nō inepra cenſebit̄ deriuatio. Sed hæc tu & prudētius cōſiderabis & aptius: nā ſi a rege malis arietē duci q̄ſi aliorum regē.q̄q̄ ē durior deriuatio:cū eo tamē cōueniat qđ κρείων apud græcos res ē. κριὸς uero aries qui ita excellit in græce ut rex in populo. Quæ aduerſus turcos & mahometiſtas ſapiēter aggreſſus es:ut ī ſtudio & induſtria ꝑſequaris:te uæhēmēter & hortor & rogo.nā quantū uidere uideor:niſi funeſtæ huic teterrimæq; peſti ꝓpediē occuret̄:ita breui inualeſcet incrudeſcetq;:ut nullū ſit remedium exceptura Græcis aūt his nobilibus aſſiſte:ut cœpiſti iacentis tolle ac foue. Vel in hiſce incōſtantiam atq; mutabilitatē rerum humanarum tecum animo uolutam. Omnis huius mundi faſtus:oīs honos:oīs gloria uanitas. Solus mihi uidetur fœlix:qui ī uirtute & deo ſuum omne bonum collocarit.miſereſcēdū ē humane fragilitatis: Quod miſeriæ ī aliis ītuemur:id nobis quoq; metuamus neceſſe ē.mēdicauit opulēti.humiliant̄ excelſi.ſeruiunt principes. Facoro ut qm̄ hos pudet cōditiōis ſuæ aliq boni uiri eā ſibi ꝓuinciam ſuſcipiant petētes uirum caritatis munus. Vale mediolani ex ædibus noſtris Kal.aprilibus. M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Iacobo cuſano iuriſperito ſal.

S tu ī me iacobæ quottidie q̄ par ē importunior. Id qđ ne poſthac facias te nō ſolū moneo:ſed ēt hortor ac rogo:nā q̄q̄ magno aīo uiri eſt iuriā cōtēnere:cōtumeliā tamen ferre nemo inſanus ſit debet. Stultus ē.enim q̄ & aliorum & ſuæ dignitatis rationem non habet. Duo ſunt clauſtra natura linguæ ob

iecta & dentes & labra q̄bus admonemur eē nihil effutiēdū:ſed aſſeruanter oīa prudenterq̨ dicenda.neque in teſtimonia mētiri nos oportet.nā ſic ſumus in deū impii:neq̨ in defendēdo oppugnādoue aut ꝑiuros aut puicaces:id qđ faciūt hi oēs q̄ ſimplicis aīe ſceleratiſſimā ſectā fouent.Tu me ſatis intelligis.Si iuſticiā uerita téq̨ tueris:nullā mihi facis iniuriā.Sin ſecus facis:tibi ipſi noces.Vtcūq̨ res habet cōpeſce linguā & me laceſſe re maledictis noli:ne q̄ irrita tæla obtuſaq̨ cōieceris:retorqueant̄ in te lōge acutiora.Tibi lingua eſt ut uidere uideor:ad inuæhendū apta.At philelfo tuo & lingua ē & arūdo longe quā tibi diuturnior.itaq̨ ſanius tibi cō ſulas:ſi me philoſopho uti malis q̄ uel oratore uel ſatyro:ut cōſueſti.Vale mediolani ex edibus nr̄is.viii.idus. aprilibus.M.cccc.liiii.

Franciſcus Philelfus Palláti ſtrozæ ſal.

n On poſſum nō admodū lætari ueterē atq̨ ſingularē amicitiā noſtrā oībus eſſe cognitā.Quo fit:ut nobilibus græcis iſtis q̄ meas tibi litteras reddiderūt nō mō uoluerint:ſed ne potuerim q̄dē negare:qđ petiiſſent.Sunt.n.lachrymabilis pars cōſtātinopolitani naufragii.q̄ & ſe & ſuos ab impiis turcis redimere cupientes coguntur mendicare quam miſerrime.His hic auxilio ſui & apud principem & apud uniuerſam ciuitatem.idē ꝓ uirili parte iſtic agerē ſi adeſſem.Quare tibi hoīes cōmendo ut quo ad patitur tua dignitas.his ad ſis uel cōſilio.Nā qui publice in tēplis ꝓcepta dant populo xp̄iano nō parū adhortationibus ſuis iſtoꝝ inopiæ ꝓdeſſe poterūt.Ad hæc docet iſtic medicinā Matthæus peruſinus uir & doctiſſime eruditus: & mecū ſūma familiaritate cōiunctus.Hēt is duo mea opuſcula q̄ ex Hippocrate cōho medicoꝝ principe latina reddidi cū eſſent græca alteꝝ περὶ φύσιος alteꝝ περὶ πάθῶν.Hæc ut meo noīe ab iſto repetas: & Petro Thomaſio eloquentiſſimo medico ac me des:te etiā atq̨ ēt rogo.Si q̄n hi fluctus bellici cōquierint: pluribus tecū loquar.Vale ex Mediolano.vi.idus apri.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Lodouico caſellæ ſal.

g Ræcis iſtis q̄bus meas litteras ad te dedi:& faui hic apud oēs:& apud munificētiſſimū principem auxilio fui non mediocri.Nā ſui ſuorūq̨ redimēdoꝝ grā nā ſeruiūt apud turcos mendicant uiri nobiliſſimi:miſerrima cōditio ē cuius q̄ non miſereat̄ inhumanitatis ē accuſandus.Quid multis homines tibi cōmēdo.teq̨ uæhemēter rogo ut tū apud noſtꝝ iſtum hūaniſſimū principē tū apud uniuerſā tuam ciuitatem oī ſtudio oī opa atq̨ ope afflictis hoībus aſſiſtas.Vale ex Mediolano.v.idus apri.M.cccc.liiii.

Franciſcus philelfus Bernardo iuſtiuiano ſal.

q Vod græcis uerſibus ad te ſcripſerim:nihil aliud fuit in cã:niſi ut uel græci ipſi cognoſcerẽt amicitiam nr̃am eſſe non uulgarẽ.Nup.n.hoc quoq; ſcribendi genus ſum aggreſſus.quod uellẽ mihi cum multis eſſet cõe.De latinis loquor noſtriſq; hoĩbus:nõ de græcis q in huiuſmodi cãpo longe uberius ac facili us q̃ latini uerſari poſſent.ſi uellent tanq̃ in patria & auita poſſeſſione ac plane ſua.Sed utcumq; res hẽt: nunc apud græcos neminem uideo q uerſibus delectetur.Latini uero non mõ nunc nulli ſunt hac tempeſtate.qui græcos uerſus ſcribent:ſed ne ullos quidẽ de priſcis accepimus ex his q adhuc apud nos extãt & habentur ĩ precio quos ea laude claruiſſe audiamus.Ego autẽ cum alia plæraq; ſcripſerim græce ſoluta orõne:uolui etiã tẽtare hoc tpe:ſi quid poſſem in huiuſmodi numeroſo & altioris dictionis genere:quo cæteri uel meo inuita ti exemplo ſuis ſe monimentis poſteritatis ĩmortalitati cõmendent.Nec id una epiſtola quapiam ſum factu rus ſed libellis ut ſpero cum pluribus.Qua de re non ingratum mihi fuerit tum quoq; iudiciũ audiſſe: id qđ & pgraue futuꝝ intelligo.& ab optimo erga me aĩo emanaturũ.Nam q græci in preſentia & hẽtur & ſũt di ſertiſſimi hoc meũ ĩſtitutũ atq; ſtudium laudibus efferunt:ſiue id animi iudicio faciant:ſiue forſitan qđ ſuſpi cẽtur mihi gratificari. At ego nõ delector aſſentatiõe.ſed ueritate. Vale ex medi.vii.idus apri.M.cccc.lviii.

Franci.philel.lodouico caſellæ ſal.

c Vpio te ꝓ noſtra ſũma beniuolẽtia tuæ meæq; rei diligẽtius ſtudere.Nã & q̃ti me facias & q̃tũ poſſis pſpicue noui.Quid aũt uel amicitiæ uel uirtuti nõ debemus. Vale ex mediolani.iii.nonas maias .M.cccc.lviii. Fran.phi.iacobo actiolo ſal.

m Vlta hinc abiens mihi es pollicitus:quoꝝ in hanc diẽ effeciſti nihil:itaq; tui eſſe muneris arbitror:ut ꝓ mutua aĩorũ inter nos caritate aliquid tãdẽ facere incipias.illudq; ĩprimis:quod a patre tuo uiro cla riſſimo tantopere petierã.Quam uereor ne recentis aliquos amores ad priſtinos addidetis:qbus ĩpe ditus aĩus neq; noſtri neq; ſui reminiſcator.Quod ſi memoriæ uolueris repetere meũ in te officiũ nõ mõ no ſtri nõ obliuiſcaris.ſed potius q̃prim ĩ es mecũ tibi cõflatũ diſſoluere incipias.Noſti qđ uelim. uale ex medi. nonis maias.M.cccc.lviii. Frã.phi.Nicodemo tranchedino ſal.

q Vid tibi impedimento fuerit:quominus ad meas mihi proximas litteras reſponderis.neſcio.niſi for taſſis abfueris ad Florẽtia a Seneſes tuos.Fac igit̃ ut quamprimum tuæ mihi litteræ reddantur. q me faciant oĩ de re certiorẽ.q̃ nr̃a putaris intereſſe.ĩprimiſq; reddiderisne meum proximum carmẽ argy

populo nr̄o. Nolo obſecro pati: diutius expectē optatiſſimā epiſtolā tuā. Vale ex mediolano. xi. kal. iunias. M .cccc. lviii. Franciſcus phi. pacino mercato ſanitatem.

a Vdio pacine te ſomno excitatū iactitare neſcio quas nugas: Ego tibi dari cupio ſaniorē mentē. Nam q̄ tū uidere uideor: non intelligis haſce meas ædes: quibus tātopere inſidiaris: tribus iam fatalis fuiſſe & p̄ruis duobus & patri tuo miſeret me tui. Hæc eſt muſarū donus nō fœnoris. Vale pro meritis. Es. n. unus omnium ingratiſſimus. Mediolani ex ædibus noſtris idibus iuniis. M. cccc. lviii.

Franciſcus philelphus franciſco cremenſi iuriſcōſultu ſal.

a D ea quæ intelligere a me cupis paucis reſpondeo. Nā & res nō eſt admodū difficilis: & ego in præſētia ſum occupatiſſimus. inter eternū: ſempiternū: ac perpetuū nullā oino priſci perdoctiq́ latini differentiā eſſe uoluerunt: illud q̄ ex. lvi. T. Ciceronis libris: & quos de natura deorū: & quos de finibus bonorū & malorū. & quos de queſtionibus tuſculanis elucubratiſſime ſcripſit: nō obſcure intueri licet: & ſi perpetuū etiā cōtinuū ſignificat. Vnde ꝑpetuā orōnē dicimus. hoc eſt continuā ac perennē: &. P. Ouidius naſo. primaq́ ab origine mundi. Ad mea perpetuū deducite tpa carmē. Huius uero tēpeſtatis philoſophi nonnulli itēq́ theologi non tm̄ uerborū q̄ Ariſtotelis ſnīam ſecuti ea inter ſe nomina differre uolunt: ut perpetuū ſit: cui & principiū datur & finis: ut exteriorē hominē ut uniuerſum dicimus mundū. Sempiternū uero quod ex ſemper & æternū cōponitur: id uolunt intelligi: quod principiū quidē habet: at finē habiturū nequaq̄ ſit: huiuſmodi aūt eſſe dicunt cum angelos ipſos tum demonas tum etiam interiorem hominē. Sed æternum aliud nihil eſſe q̄ deū: cuius neq́ principium fuerit nec itē finis futurus ſit. Vale ex me. vii. kal. auguſtas. M. cccc. lviii.

Franciſcus philelphus. B. cardinali nicæno ſal.

p Ridie idus auguſtas renunciatū eſt mediolani calliſtū eccleſiæ Ro. pōtificem ad. viii. idus ſextiles animā tādē efflaſſē in maxima oīum lætitia. itaq́ licet iā plane iudicare uel pro Solonis ſnīa eū fœliciter admodū atq́ per beate diem obiiſſe: cuius mortē tāto omnes cū gaudio nō inſipiētes mō: ſed ēt ſapiētes proſequātur. Dederit deus omnipotēs ut cū hoīs ſōnolentia ſōnus etiā ipſe īterierit: ne tui collegæ iſti rurſus obdormitaſſe iudicentur. Et qm̄ in preſentia nō licuit pluribus tecū agere: te rogo ut q̄ antea pluribus & lr̄is carminibus ſcripſerā dignationi tuæ. nō fruſtra me ſcripſiſſe re ipſa oſtendas: & quod ad plutarcū attinet diligenter cures. Vale ex medio. idibus aug. M. cccc. lviii. Fran. phi. Aeneæ cardinali. ſenenſi. ſal. plu. di.

q Vod iampridē affatu quodā poetico me tibi memini predixiſſe re ipſa de obitu Calliſti pontificis cōfirmatū eſt. Dii bene cœpta ſecundent: id quod futurū nō ſolū uæhementer opto: ſed certo etiā & ſpero & uolo: Tu uelim memineris philel. tui qui tuā amplitudinem ut ſcis & colit & obſeruat unice. Nuncii feſtinatio fecit: & eſſem breuior q̄ uolebā. Fac obſecro litteris tuis intelligā propediē: quid mihi agendū ſit & quod de plutarcho meo ſæpiſſime ad te ſcripſi memineris ēt atq́ ēt rogo. Vale ex mediolano. idibus ſextilibus. M. cccc. lviii. Franciſcus phi. Angelo actiolo equiti aurato.

e T quid ipſe maxime omniū cupiā: & q̄tū liceat tibi in tua rep. cū antea ſp: tū hoc potiſſimū: tpe: nō ſum neſcius. Quare te plurimū rogo atq́ oro: ut quod mihi corā uerbo aliqn̄ receperis te opportune curaturum: id in p̄ntia certe re cōprobes. hoc erit mihi adeo gratum: ut gratius aliud facere nihil poſſis. Vale ex me. xviii. kal. M. cccc. lviii. Franci. philel. Nicodemo tranchedino ſal.

ſ I ut placet aſtronomis corpora hæc inferiora & noſtra ita parēt ſupiorū corporū poteſtati atq́ ipio ut ēt hoīum uolūtates ꝑ ſyderū ui neceſſitateq́ mutētur: & nō ſit eadē ſp: hac̄ mihi rē moleſtā aut ītē peſtiuā facturus uidearis mi Nicodeme: ſi qd̄ ſæpenumero fruſtra abs te ante tētatū ē: hoc ēt tpe nō omittas. Quod eo libētius: qm̄ ad aſtrorū motū atq́ influxū accedit. ēt ipſa rō que nullius caſtroꝝ uiribꝫ ē inferior. Rē tenes. Vale cū uniuerſa familia patricioq́ nr̄o. ex mediolano. xviii. kal. ſepteb. M. cccc. lviii.

Fran. philel. pio ſecundo romanæ eccleſiæ ſūmo pontifici. ſal. plu. di.

q Vod nihil unq̄ in uita mihi neq́ iucūdius cōtigit neq́ optabilius qcq̄. accepi nūc te ad. xxviii. kal. ſeptēbris diuiā benignitate ad ſūmū eccleſiæ ro. pōtificatu aſſumptū eē cū maximo cardinaliū oīum cōſenſū īcredibiliq́ totius ro. reip. uel uniuerſi potis: ut ita lo q̄r: orbis terraꝝ læticia atq́ gaudio. Quid. n. in p̄ntia tuæ gratuler ſanctitati: cui nihilo plus dignitatis ſūmus iſte pōtificatus attulerit: q̄ tu ipſe ob innumerabiles tuas diuinaſq́ uirtutes pōtificatui. Accedit ad rē: q̄ tibi corā ꝑpediē ſingularē ac pene in auditā mei animi iucūditatē ſū expoſiturus. ſi ita ſcilicet apud te ꝓbatū iri intellexero. Nā mētē meā oēm atque deſiderium ex ſuperioribus plæriſq́ meis lr̄is potuiſti nō obſcure intelligere. Vnū illud dūtaxat tuæ beatitudini exploratū eē cupio me tāta nūc affici aī uoluptate: uel ex ſolo ipſo tuæ creatiōis fœliciſſimo nūcio: ut exiſtimē uitam mihi beatā cōtigiſſe: ſi qdē in ea uoluptate ſūmū bonū cōſtituēdū ē: q̄ nihil hēt cū beluaꝝ uoluptate cōe ſed tota ē hoīs: tota rōnis: tota abſolute meræq́ uirtutis: Reliquū ē ut ſi qs adhuc locus apud te muſis relictus ē id q̄ eē & magnificētius qdē eē nulla ex pte dubito: me facere digneris ꝑ tuas lr̄as certiorē: ꝓbeſne meum at te aduētum. Vale pater beatiſſime. ex mediolano. x. kal. ſeptēbres. M. cccc. lviii.

Franciſcus Phi. Beſſarioni cardinali nicæo ſal.

a D. x. kal. ſeptēb. dedi ad te lr̄as unas: & ſimul cū tuis alteras ad pōtificē piū. Eas autem utraſq́ tibi redditas ab othōe carreto iuriſcōſulto: q̄ iſtic ꝓ meo hoc principe Frā. Sphor. legati fungit̄ munere: nō dubito. itaq́ miror: q̄ in hāc diem nihil ad me ꝑuenit: qd̄ r̄nderis. Et id certe factū exiſtimo ſūmis occupationibus tuis: a qbus rogo tm̄ tpis ſubductas. dū χειροτραφοῦντι ad me des: ꝑ qd̄ intelligā: qd mihi faciūdum conſulas: hoc ē eam ne iſtuc an minus cā. Reliq̄ tu uel me reticente pro tua incredibili ſapientia liqdo co

gnoſcis.Nam ego ſum eo ĩportũnior:ꝙ te declaratũ audio a pio pontifice:qui legationi bononienſi preſis.ua
le pater ampliſſime.ex me.pridie idus ſep.M.cccc.lviii. Frá.phi:lo.paleologo Marchioni mõtiſſerati ſal.

T ſi te noui iápridé q̃ rebꝫ egregie.doctis atq̃ grauibus delectaris.idq̃ uel ex meis de exilio libris:quos
e diutius tuo uti hoſpitio uoluiſti clarius intellexi:uolui tamé nõ aliquid ad te mittere qd' & grauitati ip
ſi ſuauitaté hẽret admixtá:& nõ doctis ſolũ:ſed ét oĩbus poſſet eſſe cõe.itaq̃ libros ad te dedi:quos mõ
de iocis & ſeriis inſcriptos ædiderá.Sic.n.in rebus ſeuerioribus lectitandis neceſſe fuerit:ut riſui aliqñ auris pa
tefacias:& nõ lætitia ſolũ:ſed hilaritate aliq̃ perfundaris.Ná qm̃ te quaſi longo poſtliminio uiſere inſtitui mi
hi hac uiá paratũ iri aditũ uolui:quo te nõ facilé minus q̃ beneficiũ offendá. Vale ex medio.xii.Kal.octobres.
M.cccc.lviii. Franciſcus Philelelphus nicodemo tranchedino ſal.

Elicatior factus es:qui nihil reſpõdeas:nolo.n.ſupbiæ crimen tibi:homini amiciſſimo obiicere:quod
d iis ſolemus qui ſæpius littteris inuitati nihil reſpondere conſueuerunt.Scio ſane te eſſe occupatiſ
ſimũ pſertĩ iis téporibꝫ. Sed erit humanitatis tuæ.ut tpis aliquid ſurripias tátillũ:quod amicitiæ cõdo
nes officio.Ego inſtitui ad pium pontificé ſalutatũ accedere.itaq̃ rogo te omni ope operaq̃ cures.ut
iſtac mihi liceat inter facere.Quid opus ſit noſti.Vale ex medio:xi.Kal.octobres.M.ccccc.lviii.

Fran.phi.Beſſarioni cardinali nicæno ſal.

Inas ad te nuper lr̃as dedi:alteras ad.x.Kal.ſep.alteras nõ multo poſt:hoc eſt pridie idus ſep.q̃s Otho
b carretus:q Romæ ꝓ hoc principe Fran.Sphor.negotia gerit:tibi reddidiſſe:lr̃is ſuis teſtatus é Quod
auté nihil rñderis nõ poſſũ non mirari.itaq̃ rogo te:ut me facias certioré acceperiſne meas epiſtolas
e an minus accepis.uale ex Me.vii.idus octob.M.cccc.lviii: Franci.phi.Beſſa cardinali nicæno ſal.

T ſi de tua in me ſingulari manſuetudine atq̃ beniuolentia nunq̃ dubitauit.eá tñ ita proxime tuæ lr̃æ
qua pridie nonas octobres ex urbe ro.ad me dederas:mihi:perſpicue declararũt:ut aliud.nihil certius unquá
habuerĩ.Sũq̃ longiore illa tua dicendi elegantia atq̃ maieſtate ita delectatus:ut ipſe mihi afflatus aliquis præ
uoluptatis magnitudine in rectitanda epiſtola uiderer.incredibilis habeo tibi gr̃as pater clæmentiſſime:ꝙ ni
hil unq̃ omitttis de me uel ornádo:uel áplificádo.facit ĩmortalis deus ut meis de te optaris id qđ certo futuꝝ
ſpero aliqñ fortuna reſpõdeat.Ná cui oĩum mali αλευ ὀμηρὸσ νσοιοῦκαχιλλεισ͂υκσλιωει ἀλλα
κα τοῦτοιραμφο τερὸ υπολλῶ μείξουι τῆυ τε ἀρετηῦκαι την αλητεσ͂ὀντυ φοφιαυ: Vt aũt
ad ré ueniam uix dici queat q̃ gratus mihi q̃q̃ periucundius fuerit nuncius tuũs de recuperato plutarcho qué
quoniam amiſeram me a ſumo pontifice pio ſecundo tuo interuentu dono accipere in non mediocrem fœ
licitatis partem mihi aſcribo.Non.n.paruæ mihi iacturæ fuerat amiſſio talis ac tanti codicis. Neq̃ uolo tibi
unq̃ perſuadeas alía a nobis uia codicé iſtum aberraſſe q̃ ea quæ tibi primis litteris meis declarata eſt.hunc át
*tibi* dono dari a ſanctitate pii pontificis tanti facio ut uix aliud pluris queam.nam quid ego dicá de mirifica il
la benignitate ac munificentia in annua uitæ ſubſidia.q̃ in me ultro uerus xp̃i uicarius pontifex pius utiť.De
creuit mihi ut humaniſſime ſcribis eius beatitudo in ſingulos annos aureos ducatos ducentos uel argenti me
diolani.Addidiſq̃ futuꝝ ut maiorem indies & dignitatem & utilitatem aſſequar.ad hæc ego paucis reſpon
deo.Quáuis ego me ſane cognorim neque de illius ſanctitatis beneficentia:neque de alacri tua beniuolentiſ
ſimaq̃ opera quicquam magnum promeruiſſe.operam tamen pro uiribus daturum polliceor.ne ſaltem uo
luntate & obſeruantia indignus cenſear tam egregia táquam tempeſtiua magnitudine.Reliqua.quod te uel
le intelligo ſcribam ad pium pontificem. Vale pater beatiſſime.ex mediolano kalendas noué.M.ccccl viii.

Fran.phi.pro ſecundo eccleſiæ ro.pontifici maximo ſal.plu.di:

Eſſario reuerendiſſimus in xp̃o ieſu ac idé ſapiétiſſimus cardinalis nicænus fecit me nomine ſcitatis
b tuæ p lr̃as certioré:q̃ de me phumaniter beniuolétiſſimæq̃ ſentires.& quáta cũ caritate de me hono
rátiſſima uerba feceris qbꝫ me ꝓpterea tua ſponte donis ornaris.facis tu quidem pientiſſime oĩa ſũ
me põtifex pie.q xp̃m optimũ maximũ imitatus nihil tibi potiuſ ducas q̃ bñ facere cũ oĩbꝫ tũ iis ĩprimis quoſ
noris iápridé inumerabiliũ tuaꝝ ĩcredibiliũq̃ uirtutũ obſeruátiſſimos extitiſſe.meminiſti ſane pr̃ btiſſime:
q̃ ego te ſp oĩ ſtudio coluerim.& q̃ta ſéper cũ ueneratiõe diuiná ſapientiam tuá q̃ inter omnis mortales miri
fice unus excellueris atq̃ excellas.aſſidue fuerim ꝓſecutus.Neq̃ fieri poſſe iudicaſti ut ſine diuino quodá nu
tu atq̃ uolũtate tátus eés meus & tádiu erga te amor táta pietas táta fides.neq̃ uideri uoluiſti oblitus ꝙ uiuo
adhuc & oĩ ex pte ĩcolumi caliſto põtifice afflatu illo uel poetico uel diuino fore p̃dixerim & id qdé hoc ipſo
pñti anno:ut & calliſtus ex hac luce migraret.& ip̃e tu ꝙ oĩum uotis fortunatiſſime cõtigit e tantis xp̃ianæ
religiõis tenebris lucé eés p optatiſſimũ tuũ põtificatũ allaturus.Et illuxiſti tu ꝓfecto bonis atq̃ doctis oĩbus
quaſi ſol oriés teterrima tenebrarũ caligine obductis.Actũ oĩo erat de clariſſimarum artiũ ſtudiis laudatiſſi
miſq̃ uirtutibꝫ:niſi oportune tu diuinitus datus eés ad illas inſtaurádas:tuédas:illuſtrandas.itaq̃ iá muſæ pœ
nitus interierant.reuiuiſcũt.eloquétia:q̃ obmutuerat & uocé ſimul recuperauit.ingenia quæ obdormierant
excitátur.oés ad honeſtas actiones maiore q̃ antea unquá cupiditate incenduntur.Deſyderium nicolai quinti
ſapientiſſimi illius preſtantiſſimiq̃ pontificis.quo uiri eruditi & eloquentes non mediocriter torquebantur
non leuaſti ſolũ optatiſſima creatione ſanctiſſimi tui pontificatus:ſed in maximá ſplendidiſſimæ tue bonita
tis admirationé amoréq̃ inflámaſti:non.n.honoratione uerborum dũtaxat huiuſmodi uirorũ aĩos in pul
cherrimá future tue benignitatis ſpé erigis:ſed pñtibus potius ingentibuſq̃ muneribꝫ.ná ut alios ꝓpe ĩfinitoſ
breuitatis cá p̃teriés de me ipſo uerba faciá:qbꝫ ſũ donis a beatitudine honeſtatus.Quátá mihi q̃q̃ ſingularé
uoluptaté attuliſti nobiliſſĩo ipſo Plu.codice:quo uirorũ illuſtriũ & græcorũ & latiorũ uitæ græca oĩone eru

cite & elegãter ſcriptæ cõtinent.Quid q ad quottidiana uitæ ſubſidia ſingulos ducẽtos aureos ducatos i ſin/
gulos annos mihi in oém ætaté apd alios ét agenti cõſtituiſti.ita certe qd abſolutæ é munificẽtiũ tuæ: & ex
teriori cõſulis:& interriori hoi:qppe q ingenio & corpori fométa attuleris.at ego p tantis tuis & tá imorta/
libus bñficiis qd tádé ſim relaturus.Népe illud qd homuntio ſolet deo:cuius tu uices diuinitus oĩbus repñtas
Te admirabor.te colá.te uenerabor.te dies ac noctes tũ mente & aſſidua meditatiõe pſpitiá:tũ ore atq arun
dine péniter pdicabo.Nec de te deſiná unq̃ bñdicere qñqdé ne tu qdé bñfacere in uniuerſá uitá deſinere uo
luiſti.Erant pterea pmulta q̃ ſcribéda mihi occurebát.Sed hæc idé clæmétiſſimus cardinalis Beſſario ne ſi epi
ſtola plixior:q̃ par é:tuæ ſanctitati urbis meis corá exponet.Reliquũ é pr̃ beatiſſime.ut tibi indubitato pſua/
deas meá me oém fœlicitaté in te uno cõſtituiſſe.cuius uitá atq ĩcolũitaté ut oĩpotés Deus q̃ diutiſſimæ tue
atur ét atq ét opto.Vale in xpo ieſu.& me cõmendatum habe ex medielano.Kal.nouéb.M.cccc.lviii.

Fran.phi.Borſio æſtenſi Mutinæ regiiq duci.S.P.D.

Vod plura de te indies dux Borſi illuſtrioreq digna laude pdicant:eo magis magiſq fortunatus mihi
q uideor:q ĩ tuá beniuolentiá me admiſſeris.diligi.n.a tali actato pricipe nõ mediocri fœlicitati ducédũ
é.Ná ſi morũ ſimilitudo iungit mortaliũ aĩos caritate ediſſimilitudo át ĩ odiũ cõcitat:qs non eũ laudan
dum arbitret:q tibi carus ſit:cuius mirabiles ſũmæq uirtutes tot táteq ſũt:ut cum oĩ antiquitate non iniuria
poſſis de gloria cõtendere.Et ut cætera:q̃ ſunt ppe infinita abſolutæ ſũmæq uirtutis documenta ĩ cõmodi/
us mihi tps recéſcéda reiiciá:qs nõ iure optimo admiret:nõ obſtupeſcat:non tollat in cælũ diuinis laudibus
illud ĩauditæ clæmentiæ & magnanimitatis genus:quo nup ad.xi.Kal.nouéb.uſus phiberis.Nam ut lr̃æ ma/
gnifici Bartho.pádaliæ ad Nicolaum filiũ ducalé hunc.aulicũ:q̃ hoc die in maxima pcerũ & nobiliſſimorũ ho
minum multitudine corá hoc illutriſſimo nr̃o principe Fran.Spor.inter Prádédũ recitatæ ſunt prudétiſſime
declarant ioannes pegrinus cognomento ſimul & re ipſa aboliens maximis abs te maioribuſq tuis ornatus
bñficiis:cũ grauiter & iniquo aio ferret:uel leué ita iuſtiſſimá mulctá illá.q̃ laurétius eius filius paucis ante mé
ſibus mulctatus fuerat nõ minus ob delicti negati médacium:q̃ ob delictũ ipſum qd circa aucupium cõtra ſui
decreta principis ppetrarat:Venetias dedita opa pfectus dicit.Vbi cum diutius eét.q̃ antea unq̃ conſueuerat
ut erat aio ad maledicédũ nocédũq uæhemétius iñlammato:qcqd potuit excogitare:cõfingere:cõmiſci qd
excellétiæ tuæ uel ad pnicié:uel ad infamiá acceſſurũ exiſtimaſſet:eorũ oĩum amiſit nihil..Et tanq̃ nõ dicédi:
ſed maledicédi pitiá a diſertiſſimo guaryno familiari nr̃o didiciſſet:ubicũq Venetiis inter ábulandũ aliquos
offendiſſet:quos tibi aliquádo quoquo mõ nocere poſſet cõſideret:apud illos p nouas inſinuatiões inſidioſa/
q principia cõtinuo ferebat eo orone:ut nihil aliud hére negocii uideret q̃ p oé inſinuatiõis genus depraua
re ſplédidiſſimas uirtutes tuas:utp ote q nihil aliud quereret:ſtrueret anhelaret:q̃ malefacere:teq ſi fieri poſ
ſet:tollere ex oĩum genere. Pudet me ea meminiſſe:q ab illo maledicta memorant.Sunt.n.indigna auditu:
ſunt obſcœna:ſunt impia.Quæ qdé ipſa huiuſmodi eſſe uiri illi patritii ut ſunt magni & ſapientes nõ obſcure
oñderunt qppe q pleriq oés tum ioannem pegrinum ipſum uerbis acerrrimis coram caſtigarunt:tum p lit/
teras te de omni hoís petulantia familiariter amiceq mouerunt.Quibus tu plectis & q̃ diligétiſſime cõide/
rátis: reuq oĩ ĩtellecta & cognita:turbaris:nõ excádeicis.nõ aĩum accerbioré in partê inclinas:id qd debitæ ſe
ueritatis fuiſſet & iuſtitiæ potius q̃ crudelitatis & ultiõis:ſed ut es humanus:mitis:máſuetis cõuocatus in cõ/
ſiliũ duodecĩ ſapiétũ:q dicit:ex primioribus Ferrariæ ciuibus circiter ducétis:accerſi ét iubes reũ ipſũ ioan/
né pegrinũ:cũ eént tñ iii oés ignari:q̃obré eo loci cõueniſſet.Deinde uictor pauo prudétiſſimus ſecretarius
tuus pfectus in mediũ expoſuit excellétiæ tuæ noĩe pfidia ioánis pegrini:eáq nõ unis uenetorũ litteris ne cõ
tradicente qdé reo cõfirmat facileq cõuincii nõ una morte dignũ ee illũ:ſed admodũ infinitis:& iis quidem
diris & truculétis:ſi qdé tot mortibus plecti abominabilis atq impius ciuis poſſet.Quibus ſane auditis liqui/
doq pſpectis:itaq ſunt cõſultátiũ aĩ tantæ rei ĩmanitaté in reũ ipſum exaſperati.ut pinde atq hecuba q̃dam:
q̃ fabulant in Polymneſtora:in illius occulos uellét irruere:neq oculos dũtaxat eruiſſét:ſed uitá:ſed aĩam ſed
ſi qd in aĩa latet altius & Potétius:Atq audiat lõge lateq pñs hæc ætas:audiat poſteritas oĩs:audiát oés q ſunt
futuriue ſunt:populi:gétes:natiões:audiat uniuerſus orbis terrarũ inauditá humanitaté:clæmentiá:ſanctimo
niá magnanimi atq religioſiſſimi duci Borſi:cuius urbis idé uictor ſtás in medio iratorũ & tumultuátiũ ciuiũ
Tibi ait o ioánes pegrine hõ nefarie uitiſſimus pater patriæ dux Borſius de tuis tantis iſtis & tá pditis táq in
manibus facinoribus non uitam eripit:nõ ſubſtantiá:q̃ qdé oĩa p tuis ſceleribus amiſiſti qn potius tibi ultro
ignoſcit:debitáq pœnam liberrĩe remittit.Ná nihil é qd malit q̃ nõ mõ nõ degenerare:in oĩ uirtutis genere
a clariſſimis principibus maioribus ſuis:ſed illis uniuerſis.ſi fieri poſſit:q̃ longiſſime plucere.O uocé pſtantiſ/
ſimi principis.O mirabilé lenitaté.O aĩ magnitudinem inauditá.Laudat ille maximus rex Dauid:placatus p
cibus muliebris Abingail manus a nabal carmello eius uiro hoĩe uno oĩum ingratiſſimo:qué interemere cũ
uniuerſa familia decreuerat illico abſtinuerit.Laudat Cæſar auguſtus.q uxoris Liuiæ cõſilio.Licyne qué per
dere cogitabat:annhælati patricidii ueniá dederit.At Borſium qbus nos laudibus pſeq̃mur: q ciuibus oĩbus
in ioannis peregrini irruétibus neceſſe eũ nõ mõ incolumen eé iuſſerit.ſed ab impetu cõſultátium facto ſua
manu ſubduxerit at ſeruarit:nõ muliebri:nõ alieno illi cõſilio:nullis neq præcibus nec muneribus opus eſt:
q per ſe ſe uiget ac ſapit:q Deum ſemper ante oculos hñs cum illud ſalutare pceptum meminit.Mihi uindictá
& ego retribuá:tum ne obliuiſci qdé unq̃ poſſit eundé humani generis ſaluatoré nõ ſolum ignouiſſe malefa
ciétibus:ſed patré ét:ut illis ignoſceret:extremis in cruciatibus ſupplici cõmiſerabiliq uoce orare non deſti/
tiſſe.Libuit nobiliſſimo duci Borſio pro aĩ magnitudine obliuiſci iniuriarum: Libuit.qd Cato ſenior prudé

…ime uſurpabat:uti uenia in delinquenté quo poteſtaté:quá ab deo habet:ea liceat uti ſemper.Libuit inq̃ op…mo principi:ut eſt lenitate incorporabili.ignoſcere ioanni peregrino:quo &'ſe ſe ipſe ſui ſimilé oſtéderet & illú perpetrari facinoris ubi penituiſſet:cæteris foret exéplo nullá eſſe uirtuté:quæ uni gratitudini antecellat. Quid.n.ingratitudine fœdius:qd atrocius:qd exitioſius:qd inmanius.Ná ſi hæc uitio uacat nulla ob eam quá in ſe habet imprudentiá:a quo.n.flagitio abſtineat hó impudés:nó obſcure patet eſſe gratitudine preſtantius nihil.Et primus ille angellus ſi gratus eſſet uoluiſſet:neq; ſua iflatus opinione in ſuperbiam lapſus eſſet:neq; a cæleſti diuinoq; domicillo preceps corruiſſet in tenebras ſempiternas.Te ioannes peregrine grauiſſimi atq; iuſtiſſimi ciues oés.q tua cá in cócilió cóuenerát mortuú eſſe uoluerunt:qué princeps clementiſſimus & uitæ reſtituit.& tanto táq; ampliſſimo pſimonio:qd' iuſte pieq; amiſeras.frui uoluit:ſecutus is quidé ut mihi uidet' nó tá illud qd' a Socrate dictú laudat' a uiris ſapientibus:decere principé &'amicis benefacere:& inimicos reddere amicos.q̃ præceptú euangelicú:quo iubet inimicos etiá eſſe diligendos:quo maiore te hoiem amiciſſimú quo pulchriore bñficio dux Borſius afficere'poterat:q̃ uita donatú iubere uel locupletiſſimú opulentiſſimúq; regnare.Nóne tibi uideris regnare ioannes pegrine:cú tantú ſcelus ípune perpetraris.Memineris igit' memineris gratitudinis.Et qd' de perſa illo Araſpa tradit Xenophon tecú dies noctiſq; uoluta:nec te deterioré in Borſiú:ſi.qñ uſus fuerit:pſtato:q̃ illa geſſerit ſe in cyrú:Apes iracúdæ ſunt:& adeo peruicaces ad pugnandú:ut aculeos ét:qbus natura armatæ ſunt'relinquát in uulnere.At earú regé natura eſſe inermé uoluit·X ita mité'quoq; & manſuetú.Si huiuſmodi ſe regé erga te preſtitit mitiſſimus dux Borſius:noli tu queſo inhærété uulneri aculeú ité recipere ad nocendú:id q; nó mó ne noceas tibi ipſe:ſed ut aí tui gratitudine lætius reddas humaniſſimi pricipis beneficium:cui non minori curæ ſunt laudabiles ciuiú actiones quá proprie ac ſuæ.hoc enim intereſt inter tyrannú & iuſtú principé:q; ille oía refert ad proprias utilitates:ſi quidem aliquid utile cenſeri debet:quod ab honeſtate abhorreat. At iuſtus princeps quicquid agit : quicquid loquitur . quicquid cogitat id oé refert ad utilitaté & decus ciuiú:Si tibi dux Borſius reſtitutú aíaduerterit:hoc eſt ſi ſanum & prudété:lætabitur ipſe certe.q; collatú in te beneficiú nó amiſerit.Tunc.n.amittitur.cum in hoiem indignú collatú id fuerit.Et paſtor bonus relictis cæteris ouibus:quá uná amiſerat diligentes querit:& cú inuenerit nó mediocré lætitiá præſefert:At'ſi ſecus tibi:qd' tua'cá nolim:cóſulueris:malueriſq; ingratitudinis crimini obnoxius fieri q̃ gratitudinis:laudari:ego ſane grauius tibi preſagiá nihil:ſed tu uelim tecú ipſe cóſideres q̃lis de te apud u ros bonos & ſapientes exiſtimatio futura ſit.q̃lis fama:An ignoras q negligit famá ſuá homicidá iudicari.primú tibi ante oculos pone q̃ta in laude ii uerſantur:q ſe accepti beneficii memores uoluerút. Quis é qui nó libenter audiat:ac celeri orone pſequtur uel Minutii magiſtri illius eqtú i Qu.Fa.maximú:uel.L. Teréntii culleonis ciuis romani in africú ſuperioré gratitudiné ſingularem ná qualis ſe haberi uoluerint Virgi.Horatiuſq; poetæ in Mœcenátem & Auguſtú:eorú pulcherrima diſertiſſimaq; poemata decátát cótra uero nemo eſt ſenſus & rónis cópos:q cú aut ſextilii in.G.Cæſaré aut.G pópilii in.M.T.Ciceroné maximos duos & eloquétiſſimos uiros ingratitudiné inuitus merenſq; audiit:nó illos uel mortuos oderit atq; execretur:& p oé cóuitii cótumeliæq; genus inſectet'. Sed qd multis:q̃ ſit deteſtabile abominabileq; facinus igratitudo:ut triſte ita ſempiternú tulit exemplú ſceleratus & impius iudas ille:q magiſtrú dominúq; ſuú humani generis redemptoré cruciandú iudeis p omne uitæ dedecus & interimendú tradidit.is.n.cóſcius ſibi diræ ſuæ horrendeq; feritatis:abiecta ſpe omni conſequendæ ueniæ pdigioſam uitá loqueo finiuit.Plus.n.ponderis ad pœná í malignitate ſua:q̃ in diuina bonitate atq; miſericordia ineſſe arbitratus eſt ad ueniá.Præterea iuſtus princeps nó ſemp ignoſcit.Nimia.n.miſericordia ſumma eſſe in'iuſticia conſueuit.nec minus crudelis ducitur:qui ſemper dat ueniá:q̃ qui nunq̃.Omnibus in rebus mediocritas quedá ſeruanda eſt.Qui ſe uoluit leniore q̃ deceat:lenitudinis cuiuſpiá & ignauie nomen ſubiit:& diſſoluta clementia nó eú mó q iterú'deliquerit: ſed reliquos ité reddit alacrioris ad delinquendú.Quo fit ut ſubúbra huiuſmodi uel clementiæ uel ſegnitiæ iuſticia tota pereat.Itaq; etiá tibi caue.Teq; ita inſtitue:ut & clæmétiæ ac benignitatis tuus optimus princeps ab omnibus laudetur:& tu uſus nó abuſu:táto beneficio uideare.Sed ut eo:unde diuertit nr̃a redeat oro nó potui equidé pſtátiſſime dux Borſi nó mirú in modú affici leticia:cú lr̃e illæ copioſæ & elegátes Bartholomæi pendaliæ coram optimo maximoq; principe meo Franciſco Sphor.recitatæ ſunt. Erant.n.indices ac teſtes pclaræ tuæ & eximiæ bonitatis:q̃ uidi:ab audientibus oíbus:tú a grauiſſimo ipſo principe facundú admodú pléo quæ ore mirifice laudari:teq; unú dici:q inter huius ætatis principes & habei debeas & dici principes.Quare non minus meæ fœlicitati lætor:quod mó dicebá:quá tibi gratulor:q; maximis tuis innumerabilibuſq; uir uirtutibus tátá iá gloriá es adeptus:ut nullá ſit futura poſteritas:quæ de tuis diuinis laudibus conticeſcat.Quis.n.te humanior:qs clementior:qs aí magnitudine clarior:qs iuſtior.qs munificentior.Ná qd ego dicá de illuſtri ſapiétia tua q pſpicue intelligens inferiora hæc & téporalia oía mutabilia eſſe planeq; caduca:nihil tibi antiquius ducas magiſue expetendú fide religione pietate.Omnia refers ad deú:quo ſemper táq; pñte:uidente :audiente dirigis ac perficis tuos ſalutiferos cogitatus.itaq; omnia tibi ſecunda ſunt:omnia læta:& ad uotú omnia:q te minus norit ruſticus eſt cenſendus:q te non amat:nó colit:nó ex omni animi ſñia ueneratur uel flagitioſus é uel ſtultus.Perge ut facis princeps pſtantiſſime.Da nobis tuis quottidie egregiú aliquod argumétú uel audiédi:uel diſcendi ſcribendiq; de tot tuis tantiſq; uirtutibus.Vale principú decus:& me cómendatú habe:ut facis Ex medio.idibus nouem:M.cccc.lviii.

Fran.phi.Nicodemo tranchedino ſal.

q Vod tardiores ierit meæ ad te lr̃æ:id cáæ fuit:q; expectabá mihi facultaté fieri per principé noſtrú faciundi itineris:nó.n.uiuimus nr̃o ſed alieno arbitrio.Et iuſtus princeps pro iuſta lege ducédus eſt At

uiri oēs boni ſubiecti ſunt legibus.icc irco Socrates cū poſſet:noluit e carcere ſe in libertatē uendicare. Breui igitur hic concedā Lucā:ibiq; tādiu expectabo:donec mihi fiat:quod amici nomine ſignificaſti: nā eius mihi fide eſſe tutius nihil pōt:at ne ſecurius qdē.Erūt ēt mecū filii duo Marius & xenophon.Cū una erīus cætera inter nos cōmentabimur.Vale ex medio.viii.kal.decē.M.cccc.lviii. Fran.phi.Thomæ ſenecæ ſal.

Ertola nr̄ q ad te uenit:faciet:de oī ſtatu meo te cumulatiſſime certiorē. Qua uero in re tua mihi opa
b opus ſit:ex eodē cognoſces.itaq; tuū eſt id preſtare:ne fruſtra hoc itineris ab eo ſuſceptū uideri poſſit.
Nō.n.ſū neſcius:& qtū poſſis auctoritate:& gr̄a:& qtū etiā mea cā uelle debeat.Sed rudis plane & dicendus ſum & iudicandus:q ita ad te ſcribā:quaſi uidear de ſingulari tua perfectaq; caritate dubitare:quare nihil aliud abs te peto:niſi ut cures:ne iſtic diutius Berthola nr̄ expectet.Vale ex medio.iii.nonas decē.M.cccc.lviii. Fran.phi.Beſſarioni epiſcopo tuſculano cardinali nicæno ſal.

Vm ego quottidie lr̄as tuas expectarē pr̄ clæmētiſſime:qbus certior fierē de iis quæ ad Kal.nouē.tuæ
c . amplitudini ſcripſerā una cū lr̄is ad ſanctiſſimū pontificē piū:neq; aliud noui qcq̄ acciperē:eētq; iā mi
hi tandē iter ad uos permiſſū:cœpi nō inuitus aggredi hoc laboris iſtuc proficiſcendi.& ſi cupienti labor eſſe nullus ſane pōt.itaq; ſum in uia. neq; ad multos dies futurū ſpo:ut ſanctiſſimi dn̄i noſtri exoptatiſſimā faciē ut atq; mihi corā contueri liceat.īterea uero loci te maiorē in modū rogo:ut quod antea ad te ſcripſerā & te plutarchi codice:& de ducentis illis aureis ita ex ſn̄ia tua meaq; conficiatur:ut nihil de iis rebus cū iſtuc uenero mihi curandū ſit. Vale.R.pater & domine ex mantua die natalis xp̄iani.M.cccc.lviii.

Franciſcus philelfus Cicco calabro ſal.

Olo mireris:ſi in hoc meo ad piū pontificē itinere inceſſu uti uideor teſtudineo.id.n.fit ptim maligni
n tate hyemis:q uias oīs uitreas reddidit:parti benignitate principū q me nonnulli remorati ſūt.ip̄rimis
aut eſt Sigiſmundus pandulphus malateſta:ut eſt aīo ingenti & phumano me honorificentiſſime liberaliſſimeq; excepit:& oībus ex officiis perſecutus.quē ego cū ob eius maximas innumerabiliſq; uirtutes maximi facio:tum eo pluris :q principis noſtri amantiſſimi eſſe obſeruantiſſimūq; cognoui.idq; ut iſtius excellentiæ refferas uolo.Sum ego hinc poſtridie abiturus.utarq; qtū in me fuerint maturiorē itinere.Te interea etiā atq; ēt rogo:ut memineris mei nec minus Lauræ nr̄æ:quā tibi unice cōmendo.Reliquū eſt ut cōi principi ēt atq; me cōmendes.Vale ex Arimino nonis ianua.M.cccc.lix. Frā.phi:Ciceo calabro duca ſecre ſal.

Edi ad te nudiuſtertius lr̄as ex arrimino:qbus certior factus es de iis quæ tēpus obtulerat.heſterno ue
d ſperi eum ad forum ſemproniū ueniſſe offendi iacobū peruſinū cognomento piciniuū corpore ſane
Tydeū.ſed aī robore ac prudentia Alcidē aliquē.Hic mihi uſus eſt tanta eſſe in principē noſtrū & fide & pietate ut dignus ſane ſit.quē ſphortiani omne:mirifice diligamus amemuſq;.Singularē is mihi beniuolentiā oſtendit omiſiitq; nihil:quod uel humanitatis uel benignitatis officiū ſaperet.Spero hunc principi noſtro maxime aliquādo uoluptati fore & fortaſſis ēt uſui.Cū hæc ad te ſcripſi:erā hinc continuo habiturus.qppe q audirē pōtificē piū ex urbe roma iam deceſſiſſe petereq; puſiā.Tu me iterim ama ut ſoles.Vale ex Forolempronio.vii.idus februa.M.cccc.lviiii. Franci.phi.Gaſpari mercato Valentiæ comiti ſal.

I Gaſparē mercatū meū de oī meo in urbē Ro.itinere minus facerē certiorē:quem alium ſim facturus
f haud ſatis intelligo.itaq; rē oēm paucis accipe.Poſteaq ad xiiii.Kal.ianua.e medio.deceſſiſſens ueni po
ſtridie Mantuā:quæ quidē urbs me plurimū delectauit:cū ſua.magnificentia & maronis nr̄i memoria:tū ēt cumulatius pn̄tia & humanitate preſtantiſſimi principis Lodouici:q me uidit perlibenter:excepitq; lautiſſime.Et qm̄ natalis chriſtianus propediē aduentabat:uoluit ne ante inde diſcederē:q eſſet a me a natalis ipſe celebratus.Quo qdē facto poſtridie eius diei reuerū ueni:ubi uidi pulcherrimas ædes illas:quas ingenti aīo princeps eo in oppido nuper ædificauit:non trito & uſitato quodā uulgariq; artificio.ſed ad imaginē potius ātq; dignitatē laudatiſſime illius & perbeate antiqtatis.Vnde cū ferrariā poſtero diē conceſſiſſem:ducē Borſium offendi principē ſane dignū:quē nulla neq; natio nec poſteritas contineſcat:ē.n.oī uirtute preditus īprimiſq; magnitudine aī ac munificentia:quæ ipſæ duæ claris principibus peculiares ſemper eſſe debent.Et qd' mihi iucūdiſſimū fuit auditu:diuinū principem nr̄m nō miore laude q̄ beniuolētia pſeq ſtudebat.Ad hoc ego egregie donatus pridie Kalen.ianuarias uerſus bononiam pfectus perpetuo itinere intra qtriduum Cæſena ueni ubi ab humaniſſimo regulo malateſta nouello non regie minuſq philoſophice ſum acceptus:eodēque mō poſt biduum a ſigiſmundo pandulpho huius fratre:cuius ego fortunā non potui non miſere dolere qppe quē uideā breui peritur ū:niſi a clemētiſſimo nr̄o pricipe.a quo quidē uno is ultima ſalutē ſperat. opem auxiliūq; īuenerit.uñ cū primū illuxerit:abiens forū ſemproniū petii.hic iacobus picininus accerrimus belli dux hibernas ubi eo aduenīſſe cognouit:ſuū neceſſariū qdā ad cauponulā miſit qui me ſuo nomine ſalutaret atq; oīa pollicerentur quæ humanitatis ſunt beneficentiæq; officia.hūc ego deinde mane cū adiiſſem: multa que citro utroq; familiariter & amice hītā uerba eſſent unū id uiſus mihi ſum de illius aīo intelligere ſibi prīcipe nr̄o nihil eē carius nihil uenerabilius cū ſeſe huius ſemp.n ſeruū minus q̄ filiū aſſerere diceretq; nihil ſibi cōtigere poſſe aptabilius quā aliquā occaſionē offerri declarande ſuæ in talē ac tātū patrē & dn̄m obſeruant fidei pietatis.qd multis ē opus.ē plane iacobus picininus ī pricipē noſtrū tāta beniuolētia atq; fide ut addi nō poſſit ad cumulū. Sū āt ab illo ita tractatus:ut eū decet:q & uetus amicus ſit & principi noſtro cariſſimus.Eodē etiā die inde diſceſſit.& per mutuoſa illa aſperimaq; itinera poſt ſextū diē perueni ad urbem ro. & ne ſim longior q̄ oportet.Sūmus pontifex.Pius tanta me humanitate excepit:ut uix quicq̄ dici poſſit humanius.Spo me omnia ex ſententia mea aſſecuturū.& ad paucos dies ſecundis auibus redituq; ad uos iterim uelim.ut me

mineris mei.tibiq̃ pſuadeas te mihi neminé poſt clemétiſſimũ principé noſtrũ eé cariorẽ neq̃ iucundiorem Tu uale cũ mea frigidiſſima frigida.Nã hic niuiũ nihil ẽ.ex urbe ro.xiiii.kal.februa.Mcccc.lv iiii.

Fran.phi.Borſio æſtenſi mutinæ regiq̃ duci ſalutem.

q Vod mihi ex urbe feraria decedenti mandaſti pſtantiſſime dux borſi:id ego piæ eccleſiæ ro.pontifici fideliter diligétiſſimeq̃ expoſui:& ea pterea addidiq̃ mea intereſſe ꝓ maximis tuis ĩ me beneficiis ad denda extimaui.Audiuit certe oĩa ſumus põtifex plibéter:oñditq̃ ſe uſurũ in tpe qđ tã liberaliter atq̃ pbõis obtuliſti.deĩde ĩ longiuſculũ ſermoné de tuis diuinis laudibꝫ & audiẽdo & dicẽdo ꝓuectus ẽ.Et cũ alia p multa de te mirifice ꝓbauit tum in primis delectatus ẽ:ꝙ nihil pluris q̃ relegioné & cultũ diuinũ faceres.Dice bat.n.ſibi plurimũ uideri laudandum:qui in tanta rerũ.licentia ita ſe gereret.ut oĩa refert ad deũ.Abſolutæq̃ eſſe uirtutis:q in maxima fortuna ſe cõtineat cum fieri uix poſſit.ut in impunitate ꝓpoſita uoluptas uiciorũ oĩum parens contemnatur.Et iõ te ſibi uideri magis amirandum.qui ĩ pulcherrimo.& pacatiſſimo principatu in maxima bonarũ rerum oĩum affluentia & uarietate & copia nunquam ſecedas ab honeſtis actionibus nunquam ab officio:nunquam a deo.ſemperque tui ſimilis ſis hoc eſt deum metuens planeque perfectus Nunquam enim continere te potuiſſe in illa ioannis peregrini aduerſus dignitatem tuam impia contumelia niſi deum ſemper ante oculos haberes.itaq̃ iſtius modi clemétiam tuã pleniore quodã ore hilariq̃ uultu laudabat.Et ne ſi longior fuero uidear aſſentatiõi obnoxius uel in re pſpicua oĩoq̃ ueriſſima ea fuit dicendi clauſula.ſi tales fuerint reliqui chriſtiani principes qualẽ te in deũ audiret nõ admodũ ſibi ĩ ſua hac ꝓfectione laborãdũ fore aduerſus turcos.hic ad martiũ iſtac iter factus ẽ.Quare ex eo ipſe corã animaduertes q̃ de te habet preſtanté opinioné eãq̃ ueriſſimã.Cætera tibi propediẽ pñs exponã.Sumus pontifex hoc mane romã egreditur peruſiam uerſus iter facturus:ubi dies quinq̃ ſumũ acturus eſt.uale mi princeps illuſtriſſime.& me commendatum habe ex urbe Ro.xi.Kal.februarias.M.cccc.lviiii.

Franci.philel.epiſtolarum liber decimuſquintus.

Franciſcus philelfus Sigiſmondo pandulpho malateſtæ ſal.plu.di.

c Vm primũ ueniſſẽ ĩ urbẽ Ro.Sigiſmõde pãdulphe:rẽ quã ꝓficiſcẽti mihi ꝓ tua in me pcipua dilectiõe mãdaras:curaui apud põtificẽ piũ nõ minore fide:q̃ diligẽtia.qđ ãt is mihi rñderit ĩ cãm tuã: id ego oẽ filio tuo excellẽti ĩdole adoleſcẽti Rober.quẽ apđ te mediolanũ abſcẽte:rddiẽs fani offẽderã ut actũ erat expoſui.feciſti ãt & prudẽter & recte ꝙ ſoceri tui frãciſci Sphor.caritatẽ atq̃ ſapientiã fucatæ aliorũ ſpei doloſiſq̃ pollicitis:ut es aĩo ingẽti acerrimoq̃ ingenio:pretuliſti.nõ.n.mihi crede tua te fallet opinio.Eſt.n.hic princeps:ut ſcis:cũ aliis permultis ac maximi uirtutibus preditus:tũ clementia atq̃ benignitate plane oĩum primus.Quæ quidẽ ipſe duæ uirtutes mirifica beniuolentia quadã mortaliũ aĩos ad ſe tradunt.Nã ut crudelitas eſt ĩmaniũ proprie beluarũ:ita nihil eſſe duco:qđ magis attingat hoĩum benignitatẽq̃ humanitatẽ:facilitatẽ:manſuetudĩnẽ.Liberalitatis uero ac beneficentia q̃ uehementer allitiãt oĩs in amorẽ ſui:qs eſt q neſciat?Quãtũ uero prudentia & rerũ gerendarũ peritia calleat idẽ Fran.Sphortia earũq̃ non paruarũ aut uulgariũ:cũ alia prope infinita periculoſiſſima clariſſimaq̃ facinora.tũ nobiliſſimus hic principatus facile demõſtrat:quẽ nullis fere uiribꝫ auxiliiſue fortũæ aduerſus oẽs italiæ atq̃ galliaꝝ hiſpaniarũq̃ potẽtatus adeptus eſt cũ ĩmortali ſui noĩs gloria.At huius fide obſeruationeq̃ ꝓmiſſorũ qđ inueniri liceat aut certius aut ſanctius.itaq̃ tibi plurimũ gratulor:cui uideo propediẽ lætiorẽ fore fortunã:teq̃ non modo liberatũ iri oĩ bellorũ mole:ſed ĩcremẽtũ ẽt firmiſſimũ unius huius ſoceri tui conſilio atq̃ adiumento tuis rebus preſentibus allaturũ.Reliquũ eſt ut pro tua dignitate atq̃ aĩ magnitudine ut bene cœptis inſiſtas:oĩbuſq̃ de clares eum te Sigiſmũdũ eſſe in dies magis magiſq̃ futurũ:q conſilii rõnem oĩ caſus temeritati anteponendã iudices.Vale ex medio.ix.kal.mar.M.cccc.lviii.

Frã.phi.Karolo fortibratio.S.

q Vã mihi gratũ & piucũdũ fuerit lautiſſimũ tuũ munus.Seneca nr̃ egregius idẽq̃ ueriſſimus ſplẽdidiſſimi tui noĩs pdicator tibi corã exponet:facis tu ãt nihil alenũ a paterna gloria tuoq̃ ſplẽdore.Nihil enĩ decet paruũ abſte donari.q & maxĩo ĩpatore ſis natus.& ipſe maxĩus.Quod ãt ad me attĩet licet ipſi tibi uel me reticẽte nõ obſcure ĩtelligere.q̃lis ſit meus erga te aĩus.Nã ſi nullis bñficiis ꝓuocatus:erã tibi antea uehemẽter affectus ob eximias tuas ĩnumerabileſq̃ uirtutes:q̃lẽ futuꝝ ſperes quẽ tã elegãti munere decorari.Tuũ igit̃ fuerit bõas actiões tuas bõis aſſidue actiõibꝫ cumulare.Nõ.n.nos minoris ĩ dicẽdo de te bene cognoſces:q̃ nos de te ĩ bene agẽdo audiremus.Reliqua ex Seneca ipſo accipies.uale ex mediolano.vi.idus aprilesM.cccc.lviii.

Fran.philel.Thomæ ſenecæ.ſalutem.

ſ Atis ſupq̃ expectare domi te poterã:cui darẽ litteras:quas pdixerã.ad illuſtrẽ Karolũ fortibraciũ:cũ ĩterim nũciãt̃ abeſſe te ab urbe mediolão p multa milia paſſuũ.feciſti ãt ſeuerius:ne dixerĩ Inhumanius ꝙ nõ uale prius dixeris.q̃ a nobis abieris:pſertim cũ ſcires tua mihi adhuc opa opus eſſe.Nã q̃ ĩ re ſcire certe non poteras niſi ab me ante audiſſes.habes tu cum hiſce litteras quas tecum laturus fueras ad inclitum iſtum Karolum.intelliges ẽt qđ abſte uelim itaque cures oĩa ex ſnĩa mea.Vale ex mediolano.v.idus apriles. M.cccc.lviii.

Franciſcus philel.Nicodemo tranchedino ſalutem.

d Edi petro galeræ ad te lr̃as:ex qbus ĩtelliger̃ potuiſti qđ fieri abſte uelĩ.itaq̃ ſi me amas:ut certe facis da opã ut & quãprimũ & ex ſnĩa mea mihi morẽ geras.Scio.n.& quãtũ poſſis & quãtũ mea cã uelis.Quare ne infinire occupatiões tuæ tibi ĩpedimẽto ſint quo minus qđ cupimus aſſequamur tuæ prudentiæ fuerit ꝓuidere.uale ex medio.v.idus apri.M.cccc.lviii.

Fran.phi.Amareto mãnello ſalu.

n On ſurde mihi uidetur plato ſenſiſſe eo in libro q de rectitudine noĩum ĩſcribitur:nomina quibus uti

mur non eſſe indita caſu quopiã:ut uulgo exiſtimant:ſed ita potius inducente ac ueluti de induſtria dictãte na
tura quæ multo ante prouidens qd cuiq; ſit euenturũ & qualis quiſq; futurus ſit:ita nomen imponat·id aũt cũ
in aliis multis & rebus & hoĩbus probari põt:tũ in Alcides & priamus perſpicuũ eſt.Alcides.n.robuſtũ fortẽ
q; ſignificat:qualẽ illũ legimus extitiſſe:q hercules poſtea cognominatus eſt quaſi fama gloriaq; iunonis quæ
a græcis uocatur hera. Priamus uero a uerbo priamæ qđ emo ſignificat:deduci:manifeſtũ eſt.At illũ ab alci
de captũ troianos poſtea emiſſe:& græce & latinæ tradũt hiſtoriæ.Nã de uiribus & fortitudine Herculis qd
attinet predicare.Et hæc qdẽ duo queadmodũ alia permulta:qbus totus ille liber refertus ẽ:ſecũdũ rectã ana
logiã dicta repiant. Videmus ẽt & apud græcos & latinos pleraq; eſſe noĩa:q ſecus interpretemur:q̃ uoces ip
ſæ ſignificent.Nã & lucũ dicimus.q ob nimiã arborũ denſitatẽ luce quodãmõ careat:& parcæ q certe mini
me parcant.Sic item apud Platonem Cratylus cauillatur in hermogenem eum non recte dici hermogenem
hoc eſt mercurio gentium quod doctrinæ ſcilicet atq; eloquentiæ nihil ſapiat. Vnde hæc nr̃a repetitur ora
tio:ut intelligant cæteri q te mi Amarete expti non ſunt nomen tuũ contrario eſſe ſignificato accipiendũ:q̃
uox ipſa uideat oſtẽdere.Nã nõ mõ nihil in te habes amaritudinis:ſed es certe plane dulcis ac perſuauis:id qđ
nõ ſolũ oĩ tuo ſermone declaras:ſed etiã uniuerſa uita.Sed de his malo apud alios q̃ apud te ipſum uerba face
re .Dediſti ad me binas ſuauiſſimas litteras:quarũ unas eodẽ accepi die:quo erã ad urbẽ Ro. profecturus.itaq;
nihil tũc ocii datũ ẽ rñdendi ad te.Alteræ aũt ſimul cũ duobus faſciculis aſparagorũ ſunt hoc tpe mihi redditẽ
quo me febrecula quedã eaq; tertiana corripuit.Quare nolim mireris:ſi minus hilares eæ meæ littere ab me
ierint.Vix.n.iacenti in lectulo atq; febrienti mihi uel ineptiora hæc dictare licuit:cũ laboris ẽt partem tuus ac
meus bonus accurſius piſanus in ſcribendo ſibi ultro aſſumpſerit.Vnũ aũt nõ omittã me nõ minore admira
tione proſequi q̃ delectatione orõnẽ:q in litteris uteris.Et ſcribis tu certe nõ mõ apte ſed ẽt pulchre: itaq; pro
noſtra ſingulari ac mutua beniuolentia te ẽt atq; ẽt hortor:ut q̃ cœpiſti diligentia incũbas ſtudiis lrãrũ:ex qui
bus:crede mihi longe maiorẽ fructũ adiuturniorẽ cõſequere:q̃ ex oĩ tua q̃ſtuoſiſſima mercatura: Meũ Cato
nẽ ſaccũ iuriſcõſultorũ Homerũ ſaluere plurimũ iube.Præterea uelim meo noĩe moneas mariũ filiũ:ut cum
baldaſſare rexino ſe q̃ modeſtiſſime gerat:operãq; det ut amicitiã cũ illo uiro:q̃ inimicitias maluiſſe intelliga
tur.Vale ex mediolano.vii.Kal.maias.M.cccc.lviii.

Fran.phi.Amareto mannello ſal.

f Acis tu quidẽ mi amarete pamice.q febrienti mihi oĩbus humanitatis officiis opituleris.Et aſparagoſ
accepi & mala punica.fuerũt ſane mihi utraq; pgrata faciat.Deus:ut propediẽ:qđ ſpo optoq; iucũdio
ra nobis tua ſunt munuſcula.Nã animo tuo iucundius certe eẽ nihil põt.Quod autẽ ad tuũ attinet no
men:nõ facile ſñiam mutare conſueui:preſertĩ eã:quã diligentius ante cõſiderarim: Præterea an ignores ni
mis oẽ uitii loco duci.Si ita & moribus es dulciſſimus:ea ſimulata noĩs amaritudo tm̃ affert tẽperamẽti ut oĩs
illa quaſi nimia dulcedo ad mediocritatẽ q̃da redigat.qđ uel meræ uirtutis eſt.uel laudabilis finitus. Ad hæc
nõne uides Pigellũ tuũ nõ iccirco ita eſſe nominatũ:q ulla ex pte ſit piger:qppe q̃ in rebus gerẽdis ſit unus oĩ
um ſtrenuus maxime.Tu ut ante ad te ſcripſi:uelim omnia opa atq; diligentia lrĩs ſtudeas.hæc.n.una res cum
multa tibi adiumenta allaturo ſit:tũ erit alqñ nõ mediocre leuamẽtũ ſenectutis.uale ex medio.v.Kal. martias
M.cccc.lviii.

Fran.phi.ioanni & Guidoni antonio arcimboldis ſal.

c Vpienti mihi acerbiſſimũ luctuoſiſſimũq; mœrorẽ:quẽ ex obitu Nicolai patris ſapientiſſimi iurecon
ſulti & grauiſſimi ſenatoris cõcepiſtis:aliqua exparte leuatũ ire.duæ ſane res ita aduerſatur:ut uñ exor
diturus ſim neſciã & moleſtiſſima hæc febris q̃ nõ mediocriter langueo:& icredibilis q̃dã in optimũ
uirũ illũ beniuolentia:qua fit ut conſulandus ipſe non minus ſim q̃ uos quos conſulaturus accedo. faciẽ tamẽ
ut potero:opamq; dabo.ut qbus in hac mea animi moleſtia:remediis utor:iis ẽt uos:ſi aptioribus nõ licuerit
uti mecum una poſſitis .Non equidem negabo magnam eſſe iacturam noſtrã in obitu tanti atq; talis uiri in
genſq; naufragiũ.Nõ.n.morte nobis ſublatus eſt uir unus ex pluribus ſed is pfecto quo neminẽ uniuerſa hec
Gallia ciſalpina neq; ĩnocentiorẽ habuit:nec doctiorem :nec oĩ uirtutis genere meliorẽ.Liceat intueri fortaſ
ſe nõnullos q ſingulari aliqua uel ingenii uel doctrinæ uel uirtutis pſtãtia inter cæteros ſint illuſtres:ſed q unuſ
omnem ſimul laudẽ ſit cõplexus.pter unum Nicolaũ arcimboldum:inueniamus certe neminem Hic publi
cis hic priuatis in rebus:& domi & foris ita cæteris huius tẽpeſtatis hoĩbus pſtabat ut nõ minus uenerãdus co
lenduſq; eſſet q̃ & diligẽdus ẽt amãdus.Offendebat neminẽ pderat oĩbus.Nihil ſibi ducebat potius q̃ iuſtici
am atq; pietatẽ oĩa ad officiũ boni uiri: oĩa referebat ad Deũ quo pinde ac pñte intuẽte oĩa recte ſp & ſapien
ter tũ loqbat tũ agebat.qcquid ei aut agendũ aut dicẽdũ eſſet.illudq; platonis atq; ſtoicorũ nõ re minus q̃ uer
bo uſurpabat nõ ſibi ſoli ſe natũ eẽ ſed bonis oĩbus:ſed uniuerſo humano generi.itaq; alioꝝ ẽt cãs ac litigia ea
aĩ grauitate ĩtegritateq; pẽſitabat.ac ſi eſſet ppria.Hinc factũ ẽ:ut cariſſimus eẽt oĩbus:pſtãtiſſimo ãt nr̃o pri
cipi ita gratus & piucundus ut alius magis nemo.Quare in oĩbus rebus maximis illiſq; difficillimis:q in tã lo
cupletiſſimo.& potẽtiſſimo principatu q̃plurimæ & uariæ quottidie occurrũt.nũc hũc Nicolaũ arcimboldũ
nõ intereſſe ſolũ:ſed ita preeſſe ſemp inſtituerat.ut ſine eo nihil ĩnocenter:nihil ex animi ſui ſñia fieri poſſe iu
dicaret.Et ne ſim dicẽdo lõgior.q uel res ipſa uel tẽpus:uel pñs mea corporis ĩbecillitas poſtulat.admodũ uni
uerſa quodã græcia in dubiis ſuis ac maximis cauſis ad ariopagũ ſe referebat:ita nõ mõ totum hoc principis
nr̃i lautiſſimũ regnũ ſed oĩs ẽt gallia ciſalpina unius illius uiri ædes continuo petebat :& aſſidue freqũtabat:
quo aliqd inde aut cõſilii aut auxilii iuſte pieq; aſſeqret.Et nemo certe unq̃ inuentus eſt:qui qđ cõſilium ille
protuliſſet non tanq̃ a Solone aliquo aut ex ſacratiſſimo quodam iuſtitiæ & totius uirtutis oraculo prolatum
ſſe cenſeret.Quis igitur nõ iure doleat:atque in uehementiſſime cruci etur in eius uiri obitu cuius uita ſalutis

T Abellariine an fortunæ uitio factū ſit neſcio:alicuius certe aut uitio:aut errore factū eſt ne lr̄æ tuæ q̄s pridie nonas.octo.ex mātua ad me dederas.uix eas tandē pridie idus mar.acceperim.itaq; ſi ſerius tibi reſpōſum ē ad id:qđ petieras:nulla factū ē culpa mea. Habes iſtic Othonem carretum qui Franciſci Spor.Medio.ducis res curat oratorio titulo apud piuū ponti.maximū.huic iſtic qm̄ mecū ueteř familiaritate atque beniuolētia iunctus ē:ſi qn̄ tuas ad me litteras dederis:nō fruſtra dederis. Sed nunc ad id qđ petebas:paucis accedo. Ais tu qdem cum ſcripſiſſes in diebus illis ſummo florētiæ reip.magiſtratui ea q̄ Plus pōtifex tibi mādarat ſubdidiſſe in quadā epiſtolæ pticula credimus iſtā remp.honori.ſuo nō defuturam fuiſſeque nōnullos.qui barbaꝝ te potiuſq̄ latinū aſſererēt quippe qui cūtēderēt aut nō iſtam rempu.ſed iſtāc dici oportuiſſe. aut adendum fuiſſe ueſtram:ut credimus iſtam rēp.ueſtram honori ſuo non defuturam. Oīum Primū debes tu mi iacobe cōtentus eſſe iudicio tuo pſertim ea in re:q̄ apud uiros doctos latini ſermonis eoſdēque diſertos indubitat onē nunq̄ uenit inuidētiū autē imprudētiū ue latratus cōtemnere hēreque ꝓ nihilo magni profecto aī eſt. Nā aduerſus eos montis importuniores ſunt puicatioreſque turbulētiſſimi uētoꝝ flatus q & altiores ſint & firmioribus innixi radicibus. Veꝝ ut morem gerā petēti in hac re tibi ſniam meā: eā inter hic: & iſte pronoia differentiam eſſe prudentiſſimi grāmatici uoluerūt:ut hic circa pſonā loquētē attēdat̄.iſte uero circa audientē:ac ſi a prima ad ſecūdā pſonā hēret̄ oro. Vt huic amico meo cum tuo iſto familiari magna eſt cōtētio. Eodē mō cum tui in pſentia ſis. Senæ.ego uero mediolani q̄rectiſſime dicet̄ ſi ita ad te ſcripſero maturiorem ſane futurum ſuſpicor tuum in hanc urbē aduentum:q̄ i iſtā meū:Et eadē quoq; rō ē eoꝝ aduerbioꝝ oīum quæ localia a grāmaticis nominata ab iiſdē ꝓnominibus formantūr:ut hic noui habemus nihil. quod iſtic ſiquid uobis acciderit:ſcire cupio. Et regis hiſpanorū oratores:qui diebus ſuperioribus hac iter habuerūt ad qđ tempus iſtuc peruenerint facito me q̄primū certiorē. Quod ſi aliunde quoq; exēpla deſideras. Cicero tibi locupletiſſimus auctor fuerit.is in oratiōe pro.P.Sextio ſic ait.habes igitur quod ex me queſiſti.qui eſſent optimates. Nō ē natio:ut dixiſti:& cohortari auſus eſt in hac cā uos iudices:ut aliquādo eſſetis ſeueri aliquando medicinam adhiberitis reip.nō ea eſt medicina:cum parti corporis ſcalpellum adhibetur atq; integre carnificinam eſt iſta & crudelitas. Hi medentur reip.qui execant peſtem aliquam tāquam ſtrumam ciuitatis.atidē in oratione pro.P.quintio:moritur in gallia quintius cum adeſſet. Næuus:& moritur repentino: heredē

teſtō reliquit hunc.P.Quintium:ut ad quē ſumus mæror morte ſua ueniebat ad eundē ſūmus honos quoq; p
ueniret Quo mortuo nec ita multo poſtea in galliā ꝓficiſcit.Quintius:ibi cum iſto Næuio familiariter uiuit
annū fere ſimul.idē in oratione pro.P.Sylla.Deniq; iſtā ipſā pſonā uæhementem & acrem q̄ mihi tum tēpus
& reſp.impoſuit iam uoluntas & natura ipſa detraxit.illa.n.ad breue tempus ſeueritatē poſtulauit:hæc in om
ni uita lenitatem miſericordiamq; deſiderat.idem rurſus in epiſtola ad Curionem putareſne unquam accide
re poſſe:ut nihil uerba deeſſent:neq; ſolum iſta ueſtra oratoria:ſed hæc etiam leuia noſtratia.Ad hæc ne plu-
ribus apertiſſimam rem perſequar.in epiſtola idem Cicero ad lentulum Valerium iurecōſultum ita ſcribit.
Cur.n.tibi hoc nō gratificer:neſcio preſertim cū his tpibus audacia ꝓ ſapientia liceat uti lentulo nr̄o egi p lit-
teras tuo noīe gr̄as diligēter.Sed ut uelim deſinas iā nr̄is lr̄is uti & nos aliqn̄ reuiſes.Et ibi malis eē ubi aliquo
numero ſis:q̄ iſtic:ubi ſolus ſapere uideare.Quāq̄ qui iſtinc nūc ueniunt partim te ſuperbum eſſe dicunt:qđ
nihil reſpōdeas:partim cōtumelioſum:qđ malē reſpōdeas.Nā qđ dicūt addēdum fuiſſe ueſtram:id ex tā mul
tis exēplis liquido iudicari pōt:apud indoctos.n.aliquid ualeat fortaſſis:apđ doctos & florētinos oīo nihil ne
ceſſario aut nihilo plus iſta ueſtra oratoria q̄ leuia hæc nr̄atia.Ex his horūq; ſimilibus potes nō obſcure intel
ligere iacobū lucēſem nō eſſe barbaꝝ:ſed eos potius:q̄ latine loqui neſciūt iſtæc uero & iſtac & ſimilia nō ora
toꝝ:ſed poetaꝝ & eoꝝ ſane amicoꝝ:ut apud Terē.Sinio.Vos iſtæc intro auferte.Et hæc hactenus.Diſſemi
nati ſunt hic apud nos neſcio qūo hi duo uerſus:quos inſimulant eē pii pontificis maximi:Diſcite ꝓ numeris
numeros ſperare poetæ.mutare ē aīus carmīa nō emere.id ego palā negare ſum aggreſſus:quippe qui ſemel
& iteꝝ cū aliis plæriſq; eruditis diſertiſq; hoīnibus eximiam benignitatē ac munificētiam pii pontificis ſum
expertus.Quin potius affirmare ſum auſus aut uerſus illos a pientiſſimo Pii ore nunq̄ emanuiſſe:aut deprauа
tos eēi& corruptos cum ita diceret.Diſcite ꝓ numeris nūmos ſperare poetæ.Mutare ē aīus carmina muneri
bus.Tu uelim ad hæc mihi reſpondeas quo poſſim audētius ac uerius maledicos refellere.uale & me ſanctita
ti dn̄i noſtri unice cōmenda.ex medio.idibus martiis.M.cccc.lxi.

Fran.philelſus Lodouico cardinali aquilienſi ſal.

Vā mihi uæhementer tua nō ſolū opa ſed ope ēt atq; auxilio opus ſit pater humaniſſime:cū ex aliis ſu
q periorибus lr̄is potuiſti dilucide aīaduertere:tn̄ ex iis maxīe.q̄s ad octauū.Kal.martias ad te dedi Nunc
aūt qđ ſcribā:noui aliud nihil hēo.niſi ut intelligas tāto me deſyderio expectare lr̄as tuas.ut maiore
aliud nihil.oīs ꝓfecto ſpes mea in te uno poſita ac locata ē.Et q̄tū ualeas:ſcio & q̄ me diligas:nō ignoro .itaq;
te ēt atq; ēt rogo:oro:obſecro.ut qđ abs te petii:tā ſūmopere:q̄ celerius fieri poterit: effectum reddas Hoc
erit mihi uæhemēter gratū.nec tu officium in me tuū unq̄ accuſabis.Vale Ex medio.xiiii.Kal.apri.M.cccc.lx.

Fran.phi.xenophonti filio ſal.

Eciſti me proximis tuis litteris certiorē de nauigatione tua ad rhaguſinos:id qđ ēt poſteaq; ſoluiſti e
f Venetiis: Marius mihi ſignificauit. Ego aūt & ſi maluerā pro paterno affectu in italiā eſſe te.tamen
cū norim & nobilitatē & ſplendorē reip.Rhaguſinæ æquo aīo fero abſentiā tuā:præſertim cū iccirco
Vliſſen Homerus prudentiæ laudarit:qđ & urbes:& mentes multorū hominū cognitas illi meminit. Sic.n.
in Vlyſſeæ principio ait:Callentē dic muſa uirū:qui mœnia ſacræ:diruta poſt troiæ multū diuq; peretrās.Et
mentis hoīum multorū nouit & urbes.Atq; ibi ſane cuiq; patria eſt:ubi bene eſt.nulliuſq; loci terminis uir ſa-
piens circumſcribitur.itaq; non abſurde Socrates cum interrogaretur cuius eſſet:ſe non atheniēſem ſed mō
danum eſſe reſpondit.tuum igitur fuerit id preſtare atque efficere:ne fruſtra iſtuc profectus uideare.qđ ſi ſtu
dio diligentiaque curaueris:cum mihi afferes uoluptatē nō mediocrē.tum laudi tuæ atque emolumento plu
rimum conſules:Reliquum eſt ut me facias q̄primnm certiorē:quā te locus iſte cœlumq; delectat. Eſt enim
tibi bone ualitudinis rō haud negligende.nos hic oēs in hanc diem bene ualemus. Siquid iſtic habetur de tur-
cis.cura:ut ſciā.Maximos in italia bellorum motus paratum iri aīaduerto. Vale ex me.x. Kal.apri.M.cccc.lx.

Franciſcus phi.Bernardo iuſtini.Leonardi filio ſal.

Enophon filius ad rhaguſinos profectus eſt.Scripſit ſe propediē inde ad me miſſurum ſeruas:duas pe
x tiitq; ſe facerem certiorem.apud quē eas uenetiis diuertere curaret.cui reſpondi neminē eſſe iſtic qui
cum maior mihi aut antiqor familiaritas hoſpitiumque ſit quā tecū uno.itaque ſeruæ ille diuertēt apđ
te.Quod cū fiet:& tu mihi rē ſignificabis:mittā qui & ſeruas ad me perducat:& quod pecunie opus fuerit ſol
uat.Vale ex medio.x.Kal apri.M.cccc.lx. Fran.philelphus ioanni Petro entychio

Arius filius id quod audiſſe te puto:eſt his diebus a florentiſſimo Venetorū ſenatu honorifice condu
m ctus ad ducendū uenetiis oratoriā ac phīam:id aūt eo pluris faciundū exiſtimo:qđ antea nemini unq̄
cōtigit.is in pn̄tia hūc eſt uenturus:ut uxorē & filios reliquāque familiā Venetias ſecū transferat.Fa-
ciet aūt ueniēs iſtac iter.Eſtque ei neceſſe iſtic cōducere & mediolanū uſque ad mulū cū muliōe & equos duos
quos ut antea diligenter pares.uelim:ne cū iſtuc nauim appulerit:diutius ſit in mora: maximum mittā tibi ad
paucos uſque dies.uale ex mediolano.vi.apri.M.cccc.lx. Fran.phi.ioanni andreæ abbati ſal.

I mihi qđ petieras cū anno ſuperiore ueniſſem roma ex tua meaque ſnīa contigiſſet:nō diſtuliſſe ī hāc
ſ diē lr̄as ad te dare.nec ēt nūc noui qcquā accidit q me ortet:ut aliqd tibi ſcribā preter illā priſtinā & i-
ueteratā dilectionē erga te meā:quæ facit:ut te moneā:ne deſperes honeſta pſertim in eā:nā princeps
hic nr̄ natura ē perhumanus & pbenignus ēt in eos:quos aliqn̄ norit a ſe animo fuiſſe alieno.quicq̄ de te qđ
āccuſē uiro prudenti ac modeſto & ſi minime inuenio:uereor tn̄ ne tibi obfuerint aliquorū inſidiæ:.quo mi-
nus ſis quod uolueris & quod fortaſſe decuerat:conſecutus.id factū eſſe aut inuidia aduerſus te:aut priuatoꝝ

cõmodorũ gr̃a. Quibus q̃dẽ rebus te ſuſpicor nõ potuiſſe quãdoq̃ nõ cõmoueri neq̃ tuliſſe clam indignatio
nẽ aĩ tui At par fuerat ſeruare cõſtãtiam: nec ulla cuiuſq̃ frãgi ĩiuria: id qđ nũc ẽt facias. rogo. Præterea tibi utẽ
dũ reor nõ tã aĩ magnitudine: atq̃ electiõe uiro ꝑſertim xp̃anã ꝓfitenti hũilitatẽ: q̃ ſubmiſſione & patiẽtia. ne
q̃ ab re fuerit: ſi dñici illius ꝑcepti memineris: qđ ẽ Cæſaris Cæſari: qđ dei ẽ: deo reddi oportere. Hmõi bñ
ficia ſũmi põtificis ẽ uerbo tribuere. Re uero eoꝝ principũ: in quoꝝ dominatu bñficia ſũt poſita. Titulis: ita
q̃ dat̃ a ſũmo põtifice: a Principe uero poſſeſſio. id tu puto: ignorabas Eraſq̃ iccirco aio fortaſſe te id ꝗno. at
ſi ſapias Chamelum imitabere. q̃ ſubmittit ſe in genua ad tollẽda honera: id tu eo facias prudẽtius: & cõmodi
us qđ nullũ ſis honus ſublaturus: ſed Poſiturus potius Quod. n. ẽ tm̃ onus ĩter uniuerſa fortunæ ĩcõmoda:
qđ cũ egeſtatis onere cõferri queat. Satis ẽ te eẽ admonitũ. Reliq̃ tu ꝓ tua prudentia ꝓuidebis: Et hac de re
ſatis. Ego ex quo die cardinalẽ tuũ adiui ſalutatũ ſub ab eius ãplitudĩe nõ hũaniter ſolũ ſed ẽt liberaliter hono
rificeq̃ exceptus cognouiq̃ ex eius familiari ſermone illo q̃ta doctrina eſſet. q̃ta eloquẽtia. q̃ta ſapiẽtia ꝑditus
ĩcredibili in eũ cõtinuo ſum amore obſeruantiaq̃ affectus. Nec deſtiti ex illo ipſo die ꝑdicare apud oẽs egre
gias eius diuinaſq̃ uirtutes. iſti ergo tanto & tanta ꝑſtãtia cardinali me uolo q̃ diligẽtiſſime cõmẽdes: & ita de
ditũ facias: ut ea ſunt. q̃ maxime hẽt in ſua ꝑtãte. Ad hæc duo abs te maxime deſidero ac peto ut qđ grauiſſi
mum eruditiſſimũq̃ opus ẽ ab eo ipſo ꝑdocte & pelegãter ſcriptũ de docta ignorãtia: id exſcribi noĩe meo at
q̃ impenſa q̃primũ cures. Quicq̃d aũt pecuniaꝝ eiuſce rei cã dederis: lr̃is ſignificato: & tibi ꝓpediẽ qđ ĩpẽde
ris: numerabit̃. idẽ qđ ſecũdũ erat: cupio facias de Porphyriõe in horatium. Præterea rẽ mihi facies ꝑgratã
ſi eoꝝ libroꝝ iudicẽ ad me dederis: q̃ nup ſanctiſſimi & ſapiẽtiſſimi illius patris Nicolai q̃nti ſũmi põtificis mi
rabili diligẽtia & ĩpenſa ex lethæis: ut ita dixerĩ tenebris eruti ſunt in lucẽ apud uos hẽnt̃ Vale ex mediola. vi:
kal. apriles. M. cccc. lx. Frã. phi. ioanni antonio mercato ſal.

Dmonuerũt me hi ſacri dies lut te p lr̃as adirẽ: hortarerq̃ uel pro iuſticiæ & honeſtatis: uel ꝓ inuete
a ratæ amicitiæ nr̃æ iure: ut neceſſariũ ac gẽtilẽ tuũ Pacinũ mercatũ cõuenias eumq̃ uel appellãdo uel
monẽdo: uel ẽt ſi opus ob adoleſcẽtiæ feruorẽ fuerit: rogãdo cõſtitutas ut aliq̃n ad ſe reddeat memine
ritq̃ tũ æq̃tatis & ueritatis tũ iuriſiurãdi illius: cui publicis & religioſis tabulis ſe ultro fecit obſtrictũ: & id q̃dẽ
iccirco ultro: q̃m neq̃ ĩprudẽs neq̃ ui coactus: neq̃ ulla adductus neceſſitate: nec ẽt ab me req̃ſitus: ſed ipſe po
tiꝰ bõi uiri fide uolẽs recognoſcere: me reqrẽs iuratus ẽ pñte mr̃e ꝓbatiſſima illã ſciſſimaq̃ fœmina: pñte io
anne ſtãpa & affini: & optĩo uiro: pñte tabulario totq̃ grauiſſimis teſtibꝰ iuratus ẽ inq̃ pacinus tuus: & iuratꝰ
is q̃dẽ ĩ ſacrata manu Reuerẽdiſſimi huius & ĩtegerrimi archiẽpi. Hoĩes ac mortales ioãnes Antonii fallere
fortaſſe poſſumus ĩprudẽtis. ſ. ac rudis. At deũ certe & noſmetipſos neq̃q̃ poſſumus Reſcipiſcat igit̃ aliq̃n pa
cinus neq̃ maliuoli alicuius inductu ꝑturbatiõi cõcedat. Cogitet ſe tãdẽ moritur. ĩcertãq̃ eẽ mortis & diẽ: &
horã. Sũt ne hæc nr̃æ ĩ eũ doctrinæ ꝑmia: Caueat inq̃ caueat: ne dum mihi tẽtat ĩcõmodare ſeipſũ ꝑmagno
detrimẽto afficiat: q̃ppe q̃ de pecuniaꝝ nõ nihil amittet: & ad hoĩum ĩfamiã ſẽpiterno ẽt ſupplicio ſe obnoxiũ
faciet a quo nulla uel tabularũ: uel oratoꝝ calliditate nullo argẽto liberari poterit: q̃q̃ miſerrimus ẽt ille q̃ſtus ẽ
quẽ aduerſa cõſciẽtia q̃s adipiſcit̃. Nã qđ græco uero q̃ ꝓuerbio dicit̃. ĩ expuẽtis recidit barbã: qđ ĩ cœlũ ex
puit̃. Vale medio. ex ædibus nr̃is. vi. Kal. apriles. M. cccc. lx. Fran. phi. Blaxio Gyglino abbati ſal.

Ngelus actiolus nobilis florentinus & idẽ ſplẽdidiſſimus eques auratus mecũ nudiuſtertius queſtus eſt
a qđ orões meas q̃s apud te. ea lege: dimiſerat: ut eas mihi q̃primũ redderes: nõ mõ nõ reddidiſti ſe: a ſe
q̃ſepiſſime hortatus. ut offõ fungaris: id nõ mõ nõ facis: ſed ridiculo ducis eius oẽm adortationẽ. itaq̃
ſum miratus qđ & uir religioſus & abbas tot iã ãnos diſtuleris ea dño reſtitueres: que bona fide poſſidere nõ
potes. Vale med. ex ædibus nr̃is. vi: Kal. apriles. M. cccc. lx. Frãciſci. philelphi epiſtolarũ liber decimuſſextus:

Frãciſcus phi. Alexandro cardinali digniſſimo. S. P. D.

Vi oĩa in ſola uirtute poſita eſſe iudicarũt: q̃ ad bene ꝑtinẽt beateq̃ uiuẽdũ ii mihi pr̃ ampliſſi
me ſenſiſſe temere nihil uideri ſolẽt. Nã q̃d ẽ ĩ corpore. q̃d ĩ fortuna ipſa: quã uocãt: aut bonũ
q aut expetẽdũ: ſi honeſtate uacat. id certe ſolũ qđ hoẽſtũ ẽ & ſecũdũ uirtutẽ bonũ cẽſeri opor
tere nõ ſolũ ſtoici uerbo uſurparũt: ſed lõge magis re ẽt ipſe põtifex maximus: atq̃ piẽtiſſi
mus iſte pius facile declarauit. Quid. n. pius aut cogitat: aut loq̃tur: aut agit qđ non ex media
uirtute ꝓficiſcat̃. At q̃ ſi uel ĩ corporis uel ĩ fortunæ cõmodis ꝑclarũ q̃ddã: aut precipuũ poſi
tũ eẽ arbitretur: tũ quieti uoluptatiq̃ ſtuderet tum cumulandis theſauris a quibus oĩbus ita abhorret: ut nihil
a ſe magis alienum exiſtimet quam leuem atq̃ titilantem ſenſuũ motũ: quã auri & argẽti ineptũ ſtudiũ. Nouit
ſane pater ſanctiſſimus iſtiuſmodi oĩa eẽ ſeruilia & aĩo ingenti excelſoq̃ indigna. intelligit eũ hoĩem q̃ extrin
ſecus ſit. ĩteriori hoĩ obtẽperare parereq̃ debere. Huius aũt eã ita imperare: ut rõ ĩtellectuſq̃ ꝑſcribit. His. n.
duobus q̃ſi lumĩbuſ mẽtẽ humanã oĩa aſpicere: oĩa uidere: oĩa dilucide cernere: ſiue ea ſint tp̃is: ſeu æternitatis
ſiue ſint ĩ mundo ſeu ſupra mundum. itaq̃ deſinant mirari ſi ĩperiti rerũ aliqui fortaſſe cœperit. Cur pius põ
tifex cũprimũ ĩ apoſtolici ſolii maieſtate conſtitutus eſt: ad nihil aliud magis anium conuerterit: qua ad ſta
biliendam & corroborandam chriſtianã remp. quã uideret breui piturã. ubi minus ei nature ac fortiter ſuc
curreretur Sciebat ſane pater ſapientiſſimus ſe natum eẽ nõ ſibi ſoli: ſed multo ẽt magis ĩmortali humani ge
neris redẽptori Xp̃o ieſu. cuius ærumnoſam afflictamq̃ ciuitatem pati diutius noſtra diſidia flagellari accer
biſſimis ipſorũ amariſſimiſq̃ uerberibus exiſtimabat nõ minus pernitioſum ac funeſtum q̃ ĩdignum dede
coroſum ĩ primis. Quare quẽ quieſcere curari oportebat in tanta corporis imbecilitate in tam uaria: tanq̃
multiplici & permoleſta ægrotatione id non modo neglexerit: ſed etiam contempſit duxitq̃ ꝓ nihilo. Qui
mo ĩ ſũma ſeuiẽtis hyemis aſpitate p aſſiduos ĩbris p altiſſimas niues: p uitreas ridigaſq̃ glacies ſupatis horrẽ

bus appennini cautibus Mantuā conceſſit:ubi tandiu cōcedit:donec uniuerſi principes regeſqꝫ chriſtiani inui
tati atqꝫ accerſiti & lr̄is & nūtiis partī uoluntate & animi iudicio:partim pudore nō ſolū eo loci alii ipſi per ſe
ſe:alii per legatos conuenerūt:ſed moti atqꝫ perſuaſi in audita illa diuinaqꝫ eloquentia eruditiſſimi ītegerrimi
qꝫ pontificis ita una mente:uno aīo:unoqꝫ conſenſu cōſpirarūt oēs aduerſus hoſtes atque inimicos chriſtianæ
religionis.ut nihil iā dubitandū ſit propediē fore:ut nō turci modo:ſed qcquid ſupereſt impietatis barbarice
tā lōge lateqꝫ diffuſe aut ad ſanitatē aut ad internitionē redigatur.Quæ q̄ta res factu fuerit:q̄ admirabilis:q̄
egregia in tanta preſertim & tēporū & animorū diuerſitate neminē eſſe puto:qui neſciat:Ea mihi certe ſnīa ē
ut indubitato credam oīpotentē.Deū ſuos mitis ac benignos oculos conuertiſſe iā tādē ad laniatū diſcerptū
qꝫ gregē ſuū uelleqꝫ hūc aliqn̄ ex efferatis & truculentis rapaciſſimorū luporū rictibus eruere atque ſaluū face
re.Quē.n:ouili ſuo p̄ficere aliū potuiſſet uno hoc iſto Pio prudētiorē:ſanctiorē:grauiorē:doctiorē:& ī omni
abſolutæ uirtutis genere preſtantiorē.Actū erat profecto de petri uincula niſi repente diuinæ clementiæ mu
nere in tātis turbulentiſſimarū tēpeſtatū ꝓcellis ac fluctibus idē unus & paſtor ſubito illuxiſſet & gubernator
cuius fœliciſſimo ductu firmiſſimoqꝫ preſidio exoptatus quieti portus ac perpetua quedā ſalus cūctis Chriſti
fidelibus diuinitus partiatur.Nec.n.preſentibus preſens dūtaxat cōſulit beatiſſimus pius pontifex:uerū ēt pro
ſpexit iā longius quo pacto ēt poſt ſe q̄ optime omnibus conſuluiſſe iudicet:quippe qui mō quinqꝫ ex uniuer
ſa chriſtiana repub.delegerit declararitqꝫ cardinales:qui ſint ueluti qnque lumiharia in orbe terrarū numerū
ſane haud abſurdū ſed & pulchrū & neceſſariū ꝓ quinqꝫ illarū eccleſiarum numero quibus tota cōſtat chri
ſtiana religio:ꝓinde atque eccleſiæ cuiqꝫ ſuus ſit pontifex cum uſus uenerit princepſqꝫ paratus.nam ut de aliis
breuitatis gratia uerbum in p̄ntia faciam nullum:quid de te loquar pater humaniſſime:cuius tanta uirtus eſt
tanta doctrina:tanta ſapientia.ut unus plane & dicendus ſis & habendus qui poſt unum Pium non modo
memini cedas:ſed mortales reliquos q̄ longiſſime antecellas.Laudatur Plato uiris grauiſſimis:q̄ eos rerum
publicarū in gubernaculis pereſſe uoluerit:q aut eſſent ſapientes:aut ſaltē ſapientie ſtudioſi.hoc ē philoſophi
At quē alium habemus hac tēpeſtate:quē tecum in uniuerſa philoſophia cōparare poſſimus:nā ad eas partis
quæ uel in diferendi rōne uerſantur:uel cum ad ſingulos moribus atque uita inſtituendos:tum ad rem & do
meſticam & ciuilem adminiſtrandā pertinent uel totius nature ſcientia & cognitione ſunt poſitæ:tu eam per
acutæ:& eleganter cales ac lapis philoſophiam:qua quod uerū ſimplex incōmutabile ſempiternū ſolumqꝫ
uerum eſt.& tutius ueritatis fons & origo.quedā q̄tū humanū preſtare poteſt ingenium:ſine ulla dubitatione
perſpicimus.Nā qs ignoret ſolā eſſe theologiā:quæ cæteris oībus diſciplinis tanq̄ regina quadā nobilitate ac
preſtantia ſua:qua diuinā indāgatur eſſentiā & dominatur & īperat.At q ſunt plerūqꝫ nonnulli:qui cū docti ſa
pienteſqꝫ dicantur ac plāe philoſophi:eorū tn̄ uita atqꝫ mores ab oī philoſophiæ preceptione diſcrepat illos ii
quidē medicos imitati:q quē ī aliis morbū curaturos ſe ꝓfitet:hoc ipſi q acerbiſſime torquent. Quid.n.tur
pius:qd fœdus qd dedecoroſius q̄ philoſophos ſeſe & theologos eſſe gloriantes ita uiuere:ut nihilo pecudibꝰ
p̄ſtēt.tu uero pr̄ cōi mētiſſie ab huiuſōi hoīum genere oīno alienus ea cogitas:ea loq̄ris ſolū:q̄ uera eē ītelligis
autē oīs actio orōi rn̄det.Quibus tuis laudatiſſimis atqꝫ optimis uitæ inſtitutis factū eē uidemus.ut quo ma
gis blandientem fortunā contēpſeris:eo ſe tibi magis illa tradiderit.obſequentēqꝫ preſtiterit.Fortuna iniquā
uirtuē nō uirtus fortunā ſeruta eſt.Et ſunt qui mirent ſtoicos affirmare ſolito ſapientē ſolum eſſe liberum:eſ
ſe diuitē:eſſe regem eſſe facilē.illoꝝ hanc grauē generoſamqꝫ ſententiam tu pater modeſtiſſime nō re minus
q̄ uerbo uerā eſſe omnibus declaraſti qui dū fretus diuino ſpiritu nihil fragile caducūqꝫ cōcupiſceris:dum nul
li te flagitio obnoxiū facis:dū nulli in ſeruis inanigloriæ dū oīs cogitatus tuos:cōſilia omnia actiōes omnis re
fers ad Deum:es omnia ſuma cum tua ſuma laude aſſecutus.Sed uidemus alios fere oēs tanta interdum ambi
tiōe ad dignitates & magiſtratus ferri ut neſcias:miſerēdum ne magis ſit an prudendū eoꝝ tā curioſi ſtudii.
Nā cū tria maxime uideantur expetenda mortalibus honos:utilitas:uoluptas.& ea qdem non minus in uni
uerſa uita:q̄ in amicitia cum honos uirtuti debeat:hunc qui negligit putatur quodāmō uirtuti iniuriā facere.
At ego magni ꝑfecto & elati aī eē duco ita quēque uirtuti opam dare:ut aliud ſibi nihil q̄ p̄clarū uirtutis opꝰ
ꝓpoſuiſſe iudicet.Honos.n.cum haud noſtræ:ſed alienæ ſit ptātis iudicium ſequit alienum.Sed ut temere iu
dicantes cōtēnēdi ſunt.ita qui recte iudicāt ſperandi:qui ne cupientibus quidē nobis neque cogitantibus om
ni ſiue ope atque opa ꝓfuturi cū ad honorē.tum ad cætera omnia:qbus uitæ uſus cōtinet:& gaudet.Quod ſi
cuique eſt obſcurū id diligentiſſimus atque optimus rerum omnium extinator & iudex pius pontifex in te
uno perſpicue oſtendit.Num petebas cardinalatum moderatiſſime pater alexander.num animo tecum uo
lutaſti unq̄?Certe īqes minime oīum.nō q̄ eo dignus nō eſſes:cuius animus plenus eſt honeſtatis:plenus ſa
pientiæ:plenus dei:ſed qa mundana omnia inferiora duceres pietate.itaque ſola religio.ſola ueritas:ſolus di
uinus cultus tibi erat in mente.At hæc ſalutatos noſter dignis ēt uitæ premiis per munificētiſſimū ſuū & pru
dentiſſimū præbitorē Piū ſecūdum honeſtate uoluit:teqꝫ ex generale heremitanorū cardinalē iccirco creare
dignatus eſt:ut eſſes in Ro.ecclrſia uas nouum electionis.Quare neſcio cui magis ſit gratulandum ti bine cu
ius optimis pulcherrimiſqꝫ meritis fortuna Deuſqꝫ rn̄derit:an Ro.eccleſiæ:cui tantum boni contigit:quo ne
maius quidem poſt Pium auſa eſſet optare an potuis ſanctiſſimo patri Pio qui pro acerrimo animi tui diuino
qꝫ iudicio quicquid agit:cōtinuo ex omni parte perfecteque agit.Nam quid de me ipſo loquar qui ex huiuſmo
di nuncio tantā concepi animo uoluptatē:ut mihi æque gratulandum atque exultādum eſſe rear:cōmunis bo
nis omnibus ſtudioſis uiris tanta hæc letiora eſt oblata:quā ut immotralis deus perpetuam nobis feciat:& ad
cumulum uſque perducat:uehæmenter opto Vale pater reuerendiſſime.& me beatiſſimo domino meo pio

p ii

tibiqꝫ cōmenda. Ex medio.v.Kal apri.anno a natali chriſtiano.M.cccc.lx.

Frā.phi.Othoni careto iurecō.S.

VLlū ſane mihi tediū afferre poſſūt litteræ tuæ.Nō.n.ſolū tardiſſime ſunt:ſed ét breuiſſimæ:quod ait poeta ille πολλὶ μάτην ταῖκρε. ὠνεο λιλᾶσκαλῶν & ſi in aliis multis rebus probari apud te poterit fortaſſe:tñ ī hac una nō poterit:ꝙ cū quottidie ad te litteras do eaſqꝫ nōnūq̃ longiuſculas:tu uix tandé poſt denas acceptas ſemel reſpondeas:& nunq̃ actice ſed laconice ſemper.itaqꝫ nō poſſū non gratulari tuæ iſti tantæ breuitati:quā in tāta uerborū copia:quā romana curia mirifice abundat.pro nouo quodā uitæ inſtituto nō temere uſurpas.Et hæc iocati ſumus.Pergrata mihi tua fuit epiſtola uel admodum breuis.Quod amicus iſte uitreis utatur oculis:non poſſū nō laudare.Quis.n.dubitat geminatis oculis acutius eum uiſurū q̃ unis? Tu utere cōſilio tuo.Vnū abs te peto atqꝫ contendo:ut cures iacobū lucenſem ad ea reſpondere quæ ad eū proximis litteris ſcripſi.Vale ex medio.xvii.Kal.maias.M.cccc.lx.

Fran.phi.Xenophonti filio ſal.

Vm eſſem aīo ad nauigatione tua ad rhaguſinos admodū ſollicito:popportunæ mihi redditæ ſunt litteræ tuæ:quas tertio Kal.apriles ſcripſeras.Ex his ſum ea oī formidine liberatus:qua me affecerāt turbulētiſſimi illi uenetorū flatus:qbus nōnullæ uel munitiſſimæ naues quo tpe tu mare.īgreſſus es.naufragiæ perierūt.itaqꝫ īmortali deo grates ago quas debeo maximas qui me tanta accerbitate liberauit. Reliquū eſt ut bonæ ualitudini ſtudeas:operāqꝫ des:ne quid tibi noua cæli temperies importet incōmodi:qđ una τηεγκρᾶτεια facile uitabis.Es.n.in urbe nō minus amœna:q̃ & opulenta & nobili:quæ quidé oīa adhortātur iſtiuſmodi ætaté ad uoluptatū illecebras:qbus alyſſis Homerici illius ſocii cū ſe penitus dediſſent:humanitaté exuerunt.At tu Vlyſſen ſi ſapias imitabere:uitabiſqꝫ oē circeū poculū:id aūt eo facilius es facturus:ꝙ audio patricios Rhaguſinos uiros eſſe continentiſſimos:& grauiſſimos quoꝝ uitæ inſtituta ſi tibi propoſueris meliuſcule profecto & exteriori conſules:& interiori homini.Nā ꝙ ſcribis te ex altero pede laborare:iſtiuſmodi tibi nobilitas patrita non eſt:aut ne auita quidé:Quare ne aliunde tibi uenetus ſis caue.Et eā a te quāprimū amouere atqꝫ extrudere eminus ne diſſimules.Nā ſi facile ſe norit nactā hoſpitiū:cū uoles excludere haud poteris.Ego ut ad aliqua rñdeā.abs te aliud nihil deſiderio niſi ut te florentiſſimo iſti ſenatui obſequentiſſimū preſtes omni in re.quicqd agis ex officio agas.id uero ea re una facillime aſſequeris:ſi tibi ante oculos ſemp probitatis laudé Deūqꝫ propoſueris:qđ quoniā ſcio te facturū:nō ero longiora admonendo.Velī q̃diligétiſſime inqras:ſi qđ é uetuſpiā iſtic monimétū ex quo liqdo poſſit ītelligi urbis nomé.nā ex patrito uerbo nō rhaguſiū uideť dici debere:ſed Rhaguſa.Appellantur ciues iſti ſermone patrito rhaguſei.At ea noīa apđ græcos ita termināt:quæ & in genitiuo nō creſcunt & in a termināt aut in e:ſuntqꝫ fœminini generis. Vt ὕρνα ιοσ μύρναιο. Smyrna ſmyrnæus. λαρισσαιοσ σ λάρισσα Lariſſa lariſſæus λάφανη λαφναιος daphnæ daphnæus τηβη τηβαῖοσ Thebe thebæus.eodé igiť pacto ρατουσ ἀραγουσαιος Rhaguſa rhaguſæus nā apđ geographos & coſmographos q apud nos ſūt de iſta urbe nullā īuento métioné.Odorare igiť oīa diligéter:ſiqs priſcus lapis inueniatur qui nomen urbis habeat litteris inciſū.Nā regio iſtā oīs græcis olim utebať & inſtitutis & litteris.Præterea ſiquid græcorū uoluminū qđ uulgare nō ſit iſtic ſeruetť.quare diligenter:& id aut tibi aut nobis cōpara.Quod ſi ī tāta argenti & auri officina nūmi tibi defuerint:fac me certioré:Nā eos tibi ad ré huiuſmodi:q̃primū ſuppeditabo.mō ex te intelligā librorū titulos qualitatéqꝫ.Vale & me illuſtri Rhaguſinorū ſenatui cōmenda:ex mediolano.Kal.maiis.M.cccc.lxi.

Frā.phi.Bernardo iuſtiniano Leonardi filio ſal.

T ſi mihi dubiū nūq̃ fuit meos oīs tibi eé cariſſimos:tñ cū ꝓximis diebus ex Mario filio corā didiciſſē q̃to cū ſtudio & caritate eius oībus cōmodis honoribuſqꝫ ſemꝑ adfueris:uix dici queat:q̃ me tua operā delectarit.Nā cū uideo eā amicitiā quæ mihi primū cū patre tuo ſapientiſſimo atqꝫ ſūmo uiro maxima fuit:deīde tecū tāta eſt:ut nihil ad cumulū queat accedere:trāſfudi ét tāq̃ hereditario quodā iure in poſteros nr̃os:nō mediocre mihi atqꝫ meis oībus patrimoniū adeptus uideor.itaqꝫ nō poſſū mihi nō lætari plurimū:ꝙ optatis meis ita reſpondeās.ut tibi gratulandū exiſtimé:ꝙ ita humanus es:ita benignus ita patris tui ſimilimus.Ego āt qđ ad me attinet:ſi cæteris ī rebus a te ſupabor:amādi tñ officio nūq̃ profecto ſim ſuperandus.Reliquū é ut quæ pro filio mario fundamenta optīa uel tua diligentia iacta ſunt:ea omni robore ſtabiliēda cures.Hac una re mihi gratus facere nihil poſſis.Vale ex medio.Kal.maiis.M.cccc.lx.

Frāciſcus phi.paſcali malipperio duci Venetiarū ſal.plu.di:

Apientis ſūmiqꝫ philoſophi Platonis ſnīam fuiſſe cōſtat maxime dux paſcalis malippæri noīa eſſe indita & hoībus & rebus nō temere aut caſu copiā ſed ui quadā & prouidentia ſuaſus naturæ.quod tū ī aliis multis probari licet:tū ex te uno dilucide intelligitur.ipſe.n.unus uideris ex oībus qui oé bellandi exoſus ſtudiū urbanas uirtutes adames:ad eaſqꝫ collendas amplificādaſqꝫ totius nobilitatis Venetæ iuuentuté inuites atqꝫ īcendas mirabili quodā laudis ardore.Nihil é in te preceps:nihil fluctuoſū:nihil turbulentū.Totus es moderatus:totus quietus.totus pacificus:id quod ex uniuerſæ quoqꝫ tuæ clariſſime familiæ cognométo ipſo malippærio nō obſcure coniectari pōt.Quod.n.aliud malippærius græce ſignificat:ſi rectū uolumus uerbū ipſū ſtoicorū more interpretari:q̃ uæhementé equorū ſublatione? At is qui uæhementer equitatum tollit:nō ne bellorū ét inſtrumenta ac ſegetā tollit.Nā paſcalis deduci ac paſca:quo noīe apud hebræos tranſitus ſignificatur:manifeſtū eſt.Factus eſt inq̃ a te trāſitus a diuturnis tépeſtatibus ꝓcelliſqꝫ bellorū ad humanioris uitæ quieté atqꝫ tranquillitaté.Eos diligis eos amplecteris:eos honore ac prenſii foues.quos uirtute excellere quos doctrina cognoris eloquentiaqꝫ preſtare.Nā hæc tria his maxime ſunt neceſſaria:q in florétiſſimo

Romanorū uitia cū uirtute conferre:iueniemus profecto uirtuti uitia nō mediocriter anteire. Quo factū eſt
ut oē illud īperiū radicitus corruerit.Nā de Cartha. Athenienſiūq; rep.qd opus eſt eximiū:aliqd referatur in
mediū quos oīs inteſtinæ actiones ſeditioneſq; cōtinue breui perdiderunt. Vna lacedemonioꝝ reſp.fuit diu
turnior:qui dū lygurgi legibus parēt:dū laudi ſtudent:dū externis oībus cōmodis qđ decorū eſt: anteponūt
in quingenteſimū uſq; annū in uniuerſa græcia illuſtres triūphanteſq; claruerunt. At ubi Lyſander contēptis
patriis & inſtitutis & moribus referſit urbē opibus & præda athenienſiū:lacedæmonii ſimul cū læta & bene
cōuenienti paupertate nō græcie principatū modo ſed libertatē ēt ipſam miſerabiliter amiſerunt. Soli autem
optimates ueneti ex omni hoīum genere ſunt inuenti:qui qm̄ uirtutē ac Deum qui ſūma eſt uirtus ſemp ante
oculos habuerūt & habent in rep. tā diuturna:tā florenti.tā nobili nullā oīno unq̄ mutabilitatē experti ſunt:
nullis ſeditionibus afflicti:nullis actionibus agitati. Qui.n.aduerſi illis accidere quicq̄ poſſit:apud, quos iuſti-
cia & pietate antiquius nihil eſt? Hinc ſane fieri uidemus:ut uenetorū imperiū magis magiſq; ī dies terra ma
riq; augeſcat & uiribus & opibus:cū incredibili bonorū oīum & ueneratione & caritate. Fauet.n.Deus oīpo-
tens uiris iuſtis eoſq; neq; querentis nec cogitātis fœlici proſequitur incremento. Nā quis ambigat quæcunq;
mortalibus bona ſunt:ea eſſe ab īmortali deo:quæ ſi iniuſtis ēt atq; impiis contingere uideant ſecreto quo-
dā & abdito dei conſilio tn̄ repente ut floſculi hyemales langueſcunt ac peunt. Soli inquā optimates ueneti p-
ſeuerant in eadē bene moratæ reip.moderatione & ſanctitate cui ſe primū ab urbis initio dedicarunt. Nā q
ſerius ſeſe doctrinæ artiū liberaliū atq; eloquentiæ accōmodarint:id cā nulla alia q̄ uitio tēporū factū puto.
Videmus.n.uel ætate noſtra patritios quoſdā uenetos tm̄ in utroq; genere claruiſſe ut cū oī poſſent antiqui
tate & dicendo & iudicando cōparari.itaq; inter cætera bona tua preſtantiſſime princeps paſcalis malyppæ
ri quæ & plurima ſunt & maxima:nō mediocris hæc cenſenda eſt fœlicitas:q ueluti diuino quodā preſagio
cū belli materiā oēm e medio ſuſtuleritis:tū ad doctrinæ & eloquentie ſtudiū nobiliſſimis tuis ciuibus trāſitū
paraueris. Vera profecto in te ē Platonis illa:quā mō dicebā te rectitudine nominū ſnīa. Nec.n.caſu & p uo-
luntate hoīum iſtiuſmodi nominibus appellaris:ſed ui quadā potius & conſilio potentioris cuiuſdā preſtātio
riſq; naturæ:quā ipſā rationē licet ēt intueri in propriis noībus pphetarū oīum ueteris teſtamenti. Quare n̄
poſſū equidē nō gratulari tanto iſti tuo & tā excellenti bono qui tecū aīo uolutans qđ Cyrus ille ſenior ſapiē
tiſſime monebat:neminē decere imperare:qui minus ſubditis ſit melior.oī ſtudio diligentiaq; uteris ad pul-
cherrime inſtituendā atq; exornādā uenetā iuuentutē.intelligis.n.fore ut bene ad decore moribus diſciplina
q; inſtituti iidēq; diſerti nō mediocri uſui atq; honori & ſibi & patriæ eſſe poſſint. Habeo aūt ingētis & ſem-
piternas gratias ut excellētiæ tuæ tū uniuerſo ſenatui.q dilectiſſimū filiū meū, Mariū huic tanto & ampliſſi-
mo docendi muneri prefeciſtis.quod & ſi per ſeſe magnū eſt & preclarū:eo tn̄ pluris faciundū q ante id tpis
alteri nemini Venetiis cōtigit:ut publica pecunia ad huiuſmodi inſtitutū cōduceretur. De filio aūt ut uerecun
dius loquar neceſſe ē.ne in eo laudando uidear meæ gloriæ fauere. Vnū tamē auſim affirmare:me neminē ī
hāc diē cognouiſſe:q æque ad ſūmū atq; Marius filius & ingenio ſimul uigeret & memoria. Nā quātū doctri
na ualeat & facundia:ipſe de ſe locupletiſſimū afferet teſtimoniū. Et illud certe mihi iucundiſſimū eſt:q quas
ego ſplendidiſſimo Venetorū ſenatui maximas debeo gratias ob priſtina ac plurima in me beneficia:eas ma
riusmeus ſi re fortaſſe minus:īduſtria tn̄ & uolūtate cumulatiſſime referet: Accedet aūt ad ſūmū beneficētia
cumulū:ſi hunc ēt mea cā tibi cariſſimū eſſe aīaduerto. Vale princeps optime:& me cōmēdatū habe. Ex me-
diolano:vi.idus maias. M.cccc.lx.

Fran. phi.iacobo lucenſi apoſtolico ſecretario ſal.

D eas litteras quas idibus martiis tibi reddendas ad Othonē carretū dederā:q nihil in hāc diē reſpon
a deris miror. Nā cū ignoro utrum tuæ uoluntati morē geſſerim ea in re:quā ex me ſcire cupiebas:tum
uehæmēter expecto ex te intelligere:quæ ſit pontificis Pii ſnīa de offō noſtro.itaq; rogo te.ut me q̄-
primū his de rebus facias certiorē. Vale ex mediolano.iii.idus maias. M.cccc.lx.

Fran.phi.Gregorio lollio apoſtolico ſecretario ſal.

e Xiſtimo te nequaq̄ oblitū: quæ mecū locutus es.& quid inter nos cōſtituimus:cū anno ſuperiore mā
tuā ueni. Scripſi ad te poſtea ea de re ſæpe litteras.qbus te nihil rn̄diſſe nō poſſum nō mirari. Non.n.
oedipus ſum at ne Dauus quidē. Quare quid ſim facturus:niſi me tuis litteris docueris:incertior ero q̄ dudum
Vale ex medio.iiii.idus maias. M.cccc.lx. Frā.phi.iacobo antonio marcello ſal.

Nſitam eſſe natura aīs hoīum uim quādā ſimilitudinis diſſimilitudiniſq;: cum ad ceteros motus:tum
i ad amorē & ad odium:qui philoſophi uoluerūt:nihil a ueritate ſenſiſſe alienū mihi uideri ſolent:& id
quidē nō in hoībus ſolū:ſed in reliqs quoq; aīantibus late patere. Quod ut de aliis aīalibus breuitatis
cā prætereā:quottide uſu uenit:ut ii qui ſe nūq̄ uiderīt:neq; aliud quicq̄ cōmercii, conſuetudiniſq; inuicem ha
buerint:ſe tn̄ quodā naturæ ſuaſu diligāt:& alteri de alteris bene audire perlibētēr uelint. Accepi ex multorū
ſermone me tibi eſſe cariſſimū q q; honorifice de me loqueris.ſentiſq; pamice. Quod certe fuit eo mihi iucū
dius:qm̄ mea de te opinio haud quaq̄ me fefellerit. Cum.n.una oīum uoce didiciſſem magnum te eſſe uirum
eundēq; phumanum:& illorum apprime ſtudioſum:qui bonis artibus dediti īmortalitatem maxime & ipſi
ſequerentur:& aliis pararent:illico ſum accenſus in amorē tui:teq; dignum exiſtimaui:quē propter īnumera
bilis tuas egregiaſq; uirtutes:q̄tum ipſe cura potero diligētiaq; preſtare:faciā īmortalē apud oēm poſteritatē
Tuum igitur fuerit non aſpernari officium meum quandoqdē ipſe omnia cupio gratificari tibi. Vale ex me
diolano pridie idus maias. M.cccc.lx. Fran.phi:Andreæ alamano ſal.

Vdio libros eſſe grecos permultos nuper ad uos perlatos:q̄ ex illo ſunt conſtantinopolitano naufragio
a intercepti. Te igitur rogo atq̧ oro:ut ad me ſcribas diligenter oīa. & qui libri ſint & cuiuſmodi. impri
mis aūt ſcire cupio. ſi q̄ repti ſint. quos tpis negligentia ignorarit. Nullū aūt diſciplīe genus pretereas uo
lo. Cæterū philoſophos ex omnibus malim:& pythagoreos precipue:hi.n.ſunt rariores:qui mihi ex omnib9
philoſophis niſi ſunt neſcio quid acutius altiuſq̧ ſenſiſſe. Si me amas:noli laborē hūc ſubterfugere. Quid.n.ip
ſe tua cā facturus non ſim. Vale ex medio. pridie idus maias. M.cccc.lx: Frā.phi. Angeloo ſimonetæ ſa.

Vod me inuitaris ad cœnā habeo tibi gratias uideo.n.te: nō eſſe mei oblitū. Quod ipſum longe explo
q ratius crederē:ſi operā dares:id quod tibi eſſet perſuaſū facilimum:ut quas mihi princeps noſter debet
pecunias:debet āt florinos circiter duo milia:iā tandem iuberet dinumerari. Sed ipſe malis eum indu
cere ut alicunde qcq̄ nūmorū quacunq̧ cōditione abradat. q̄ iure ullo es alienū diſſoluat. Hac uia uos magni
ſatrapæ dignitatē uobis apud princeps ac reges auctoritatēq̧ uenamini. Quorū quēq̧ repias ī regū aulis pre-
potentē & magnū illo aut bono aut æquo. Laudatur apud oēs uirtus. Sola utilitatis rō habetur in precio:cum
utile nihil cenſendū ſit:ubi careat honeſtate. At dixeris:puto id honeſtū duci oportere. qđ apud populo habea
tur in gloria nec eſſe hoc tpe quicq̄ glorioſius diuitiis. Malū igitur actū eſſet cū apoſtolis qui & ſecuti & imitati
ſunt chriſtū. ſi reuiuiſcerent in paupertate:quā niſi ſemp adamarunt. Nullæ ingentes parantur opes ſine ma-
gna iniquitate. Sed hec fortaſſe pluribus q̄ oportuit: At rē ut redeā ego tecū hodie humaniſſime angele cœna
turus nō ſum. id.n. facere mihi nō ē integrum:habiturus ſum.n. in familiari epulo hoſpites quoſdā bononien-
ſes:itaq̧ mihi ignoſces. Nō āt moleſte laturus ſim:ſi quid tibi ex tuo iſto celebri conuiuio ſuperuacaneū reliqua
tur ut ad me mittas:quod ut cōmodius ſis facturus differā ipſe cœnā:ſed uereor:ſi id facturus fueris:tibi rixas
fore cum uxore nobiliſſima:cuius īperio te aiunt aſſidue parere. utar igitur cæna quā praui:& ſtoica & dome
ſtica. uale mediolani ex ædibus noſtris xv. Kal. iunias: M.cccc.lx. Fran.phi. Petro medici ſal.

Edi ad te librū quintum de iociis & ſeriis:ut experiaris utrum:is malit tecum podagra uti. Conſilio tn̄
d indocili & inhumane illi perſuadeas:ut ioca ſeriis anteponat. id.n. tibi plurimū preſtabit. quod petis de
Sphortiade:undecimū nunc librum ſcribimus:quē iā prope abſoluimus. ſed opus:q̄ ab initio exiſtima
rā prolixius ſerpit. uereorq̧ futurū:ne homeri alterū carmen librorū numero nō mō equet:ſed ēt ſuperet:tā
& ſi certi nunc decreui nihil humanā.n. fœlicitatē cū ī eo cōplecti atq̧ diligenter exprimere īſtituerim:pmul
ta quottidie occurrūt:quæ rē uehæmenter augent. Aedere āt librorū aliud nihil uolo antea:q̄ extremā manū
impoſuero. Fieri.n. poſſet:ut aliquid uel mutandū eſſet uel addēdū. Cura ualitudinē tuā:& uale oīno. Ex med.
.xiii. Kal iunias. M.cccc.lx .Fran.phi. Xenophonti filio ſal.

Reter eas litteras quas ad me dederas ex rhaguſio ad.iii. Kal. apriles ego abſte alias accepi nullas. itaq̧
p nō poſſum nō mirari:q̄ nihil poſtea mihi ſcripſeris:preſertim cum ad Kal. maias & tibi quod uolebas
reſponderim:& una cum meis ad te litteris unas quoq̧ huius principis ὑπερ ϛ ὀυ litteras ad rhaguſi-
nū ſenatum miſerim. nec itē de te poſtea ab alio quicq̄ acceperim:niſi q̄ marius ſemel ſignificauit p epiſtolam
bene ualere te:& rhaguſinis eſſe cariſſimum. neſcio utrum te negligentie an ſim alium quempiam cui litte-
ras cōmiſeris:perfidæ accuſandus. uenit.n. in mentē res illa taurinenſis de meis ad regem francorum uerſib9
Tu poſthac eſto cautior. Curaque ut tuæ ad nos litteræ & eæ quidem ſolæ reddantur ducali oratori Anto-
nio guidoni bono qui nunc uenetiis agit. nā marcheſius reuocatus mediolanum rediit. qđ ſi quid fortaſſe re-
ſponderas ſuperioribus litteris meis aut aliud preterea ſcripſeras:id oē repetas neceſſe eſt. nā ut audis adime
tuarum litterarum peruenit omnino nihil. nō.n. adduci poſſū:ut credā te ſimul cum cœlo tā ſubito ingeniū
quoque mutauiſſe. nos hic oēs ualemus recte. Tu quoq̧ cura ut ualeas. Ex med.iii. nonas iulias. M.cccc lx.

Franciſcus phi. ioannino barbato ſal.

Vantum uidere uideor ridiculo tibi ſum. Nam meos carminum libros totiens repetitos reſtitue
q re mihi negligis. At ego mihi uerba dari longius certe nō patiar. Turpiſſimū.n.ē frāciſcū philelfū im-
berbē duci a ioānino barbaro. itaq̧ aut rē mihi meā reſtitue q̄primū:aut ubi ita malis:tibi litē apud pri-
cipē paratā eſſe intellige. Nā qui alios ridere nunq̄ cōſueui:rideri abſte nolo. uale medio. ex ædibus meis. viii.
Kal. auguſtas. M.cccc.lx. Franciſcus philel. Nicodemo tranchedino ſal.

Stēdis te uehementer deſiderare litteras meas. Et facis tu quidē recte. Nā tuis mihi litteris ſuauius ni-
o hil ē quas noui ab amātiſſimo erga me aīo pficiſci. Nec.n. uerus amor falli unq̄ pōt. Neceſſarioq̧ fit:ut
qui plurimū amat:ametur itē plurimū. Et litteræ ergo tuæ fuerūt mihi pgratæ:& oīa quæ uel ioco uel
ſerio per litteras es locutus. q̄iucundiſſima accidere. Quā uellē oīa tuo meoq̧ iudicio gererent̄. idq̧ non pri-
uatæ ſolū ac nr̄æ ſed & cōis & publicæ utilitatis cā. Veriſſimū illud eſſe exiſtimo nihil recte adminiſtratum iri
perturbatiōe duce. nā oīs aī morbus ſi minus oīo tollit:impedit tn̄ nō mediocriter rōnis uſum q ubi uacat:qđ
aut bene geri aut conſuli recte pōt. equidē mi nicodeme nō poſſum mea ſorte nō gaudere:qui me ipſo contē
tus ſum:cui nihil aliud deeſſe uideo q̄ nūmos aliqn̄. Qui tn̄ ipſi ſæpe nō mō nō ſperāti ſed ne cogitāti quidem
tāta ultro benignitate occurrunt:ut pudorē etiā afferāt negligenti. Habeāt multi aurū & argentū: habeāt ma
giſtratus:habeāt imperia:habeant ea oīa:quæ collibuerint ſtultitiæ:dūmodo ea ſint nobiſq̧ nolētib9 eripi nul
lo pacto queūt. quid.n. eaꝝ ſimus reꝝ curioſi:quæ aī curas nō adimunt. ſed augēt. itaq̧ mirandū non eſt ſi ami
cus ille dum huiuſmodi rōe minus aīo uolutat:quo altius aſcendit eo humilius miſerabiliuſque deſcendit. ego
quo die has litteras ad te dedi:impleram ſecundū & ſexageſimum ætatis annum integris ſenſibus & ualitudi-
ne proſpera. & id quidē ſine ullis medicorum adiumentis. Tu ſi habeas. qđ cū his diutius conferas: memora-

Nam & quæ mihi ſunt alia aut bona aut expetenda.& tu noſti:& laura nõ ignorat.Ac de ioco hactenus. Velĩ q̃diligentiſſime odoreris:apud quẽ hoſpitet ille codex Sylii italici poetæ:quẽ Antonii barbadori pater quo tpe in monte puliciano preiurã geſſit:ex bonis illius Bartholomei uenatus eſt quẽ Martinus pontifex maxi- mus primũ ſecretariũ habuit.Nã codices oẽs quotquot illo exẽplari exſcripti ſunt:deprauatos corruptoſq; in uenio.Cupio preterea mihi exſcribi latinã traductionẽ græci illius doctiſſimi acutiſſimiq; Aeſopi:Nã auctor ipſe periit apud græcos.Et eã interpretationẽ inueni apud aliũ neminẽ.Hac de re ſcripſi ad petrũ medicem. Id quod ut ipſe apud eũ q̃diligentiſſime cures te plurimũ rogo.Vale ex medio.octauo Kal.augu.M.cccc.lx.

Frã.philelphus Xenophonti filio ſal.

f Eci te ad tertium nonas iulias per litteras certiorẽ me nihil litterarũ tuarũ accepiſſe poſteaq̃ ex Vene- tiis ſolueras:preter eas quas ad tertiũ kal.apriles Troili ſcribæ ad me dederas:cũ interea tpis ſecundũ & nunc tertiũ ad te ſcripſerim.Quod eo ẽt magis miror.q̄ marius mihi ſignificauit ſibi redditas eſſe ad te litteras:quibuſcunq; nullæ prorſus eſſent ad me.Ego aũt & ſi auguror ut res habet:opere preciũ tñ duxi te cõmonefacere:ſi qñ ad me ſcribis:ut cures tua oĩa ſcripta redditũ iri Venetiis aut uiro patricio Bernardo iuſtiniano Leonardi filio:aut ducali oratori Antonio guidoni bono.Nã marcheſius rediit mediolanũ. Tu ſi quid uelis.ſignificato.Nos hic oẽs ualemus recte.Vale ex medio.no.augu.M.cccc.lx.

Fran.philelphus Mario filio ſal.

q Vod expoſtulas meas litteras minus ſæpe ire ad te:partim ipſe tu.partim occupationes meæ ſunt ĩ cã Quod ſi tuã ipſe cãm ſuſtuleris:ego quoq; meas oĩs occupationes amouebo. Noli iuuenis cũ ſene de prudentia cõtẽdere:neq; cũ patre filius.Noli uerſutiã calliditati anteponere.Ratione utere & conſilio id ſi feceris nunq̃ me incuſabis:nec ulla in re deſiderabis officium paternum.Quod marieta meliuſcule ualet gaudeo Cæſarẽ meũ bene in litteris proficere plurimũ lætor. Velim cætera quæ uel ad te ipſũ uel ad reliquã familiã attinẽt diligenter cures.Ad xenophonta reſpondi.Tu qd ad Vgolotũ reſpicit:ne diutius neglige.ber nardũ pontanũ noſtrũ bene ualere opto.Vale ex medio.x.Kal.ſeptẽbres M.cccc.lx.

Franciſcus philelphus xenophonti filio ſal.

m Alo te negocioſum eſſe q̃ ocioſum:mõ negocia tibi tua aut dignitati ſint aut cõmodo:quod ſine digni- tate ĩcõmodũ eſſe puto.Nã per litteras:quas mõ ad ſextũ Kal.auguſtas dediſti ad me:adeo te oſtendis occupatũ.ut nullũ tibi tẽpus relictũ uideatur ſcribendi ad patrẽ.Quod das accipio & facis tu fortaſſis ex officio.Ego aũt auguror neſcio quid.in hãc diẽ accepi ſecũdũ abs te lr̃as poſteaq̃ Rhaguſiũ es profectus.Si te negligentiorẽ aut minus cautũ aĩaduerto:tu quoq; tardioris uidebis epiſtolas meas.ſcripſiſti oĩa iſtic arde- re.id dici puto ob ĩminens a turcis periculũ.Vellẽ ſcripſiſſes & latius & apertius:ne mihi ſybilla interp̄te opus eſſet.Quod amicus iſte tuus cupit uidere aliqd ex noſtris:dabo operam ut tibi mos geratur.nos hic ualemus oẽs.Cura ẽt tu ut ualeas:& hoĩbus ſis Deoq; cariſſimus.ex mediolano.xi.kal.ſeptembres.M.cccc.lx.

Franciſcus phi.Laurentio piſaurenſi parmenſiũ præfecto ſal.

t Tſi ignarus certe nõ erã uel ſine ulla cõmendatione mea nihil eſſe apud te antiquius iuſticiæ pietatiſq; officio:tñ ut intelligeres:q̃ mihi rẽ gratã facturus eſſes:ſi negocium religioſorũ fratrũ ſanctæ Mariæ ſeruorũ qui appellantur:ita curaueris.ut iſti oẽs intelligant meã de ſe cõmẽdationẽ fuiſſe ſingularẽ:li- buit abs te petere ac ẽt ſi opus fuerit cõtendere:ne patiaris eſſe fruſtra itum ad me:nemo eſt.n. qui amicitiam noſtrã ignoret.Quã ut huiuſmodi quoq; munere clariorẽ oĩbus facias rogo.noſti pudorẽ meũ nũq̃ auſim tã topere a te aliquid petere:quod ab honeſtate abhorrere uideatur.Vale cũ tuis omnibus:ex mediolano ſepti- mo Kal.ſeptembres.M.cccc.lx.

Fran.Phi.iacobo puteo iurecõſulto ſal.

t Imotheũ cytharœdũ uirũ muſicæ diſciplinæ doctiſſimũ ſane eruditiſſimũq; fuiſſe reperio.Ad quem ubi quottidie athenienſiũ more permagna auditorũ turba diſcẽdi gratia cõflueret:eũ quicunq; ſe audi turi eſſent:rogare ſolitum accipio:habuiſſent ullos ante id tpis eius peritiæ preceptores: Quod qui negaſſent cũ his certã doctrinæ ſuæ paciſci mercedẽ.ſi qui aũt reſpõdiſſent:qbuſpiã antea uſos ſe magiſtris:cũ iis niſi duplica mercede cõuenire nullo pacto cõſueuiſſe.Aiebat.n.uir callidiſſimus ad duplũ labore dupla ẽt mdrcede opus eſſe.qui.n.iſtiuſmodi diſcipulis recta ulla preceptio tardi queat:niſi oĩum primũ eorũ mentes inherenti fuerint deprauataq; diſciplina oĩno liberatæ.Longe profecto difficilius eſt ac multo laborioſius do cere.nã quis ignoret natura fieri ut qui habitum iã firmatũ ac penitus inſidentẽ eruere diſſoluereq; ſtudeat: id ſine multo & tempore & labore cõſequi nõ poſſe:quæ quidem noſtra tã longe repetita oratio quorſum tandem euadat:& ſi minime uereor iacobe putet te pro tuo ſingulari ingenio ſũmaq; prudentia non obſcure intelligere:tñ uel tui auditores plæriq; oẽs & ſtudioſi clari adoleſcẽtes uel ſi qui alii tecũ ſentiũt:quibus de re- bus inter nos controuerſia ſit dilucidius teneant apertius ea eloquas.q̃q̃ nõ una cõtrouerſia eſt ſed duæ. Veꝝ de qua magis ueluti triũphare uiſus es primus nobis ſit ſermo:deinde breuiter de alia diſſeremus.Prima nobis diſceptatio eſt de licitatore:quẽ tu eum eſſe oĩno eis:qui in auctione ſuppoſitus rei uendendæ indeceptionẽ alterius præciũ auget.idq; declaras exemplo.Titius aũt fiſci aut ſuo alteriuſue cuſpiã noĩe proſcribit uectiga- lia aut prædia:calphurnius emptor offert mille ſextertiũ.Craſſus a Titio emptor ſuppoſitus ad mille ſexter- tiũ cẽtũ addit.Calphurnius qui habendæ rei deſiderio tenetur:addit ad centũ alia ſextertia decẽ. At Craſſus ad ea rurſus uigĩti.Tũ cal:refrigeſcit ab emẽdo:manetq; ſubdubius:& uix tandẽ addit ſextertia qnq̃.aĩaduer tẽs Titi.ueritũſq; ne ſi rurſus p ſuppoſitũ Craſſũ rei ꝓſcriptæ pretiũ auxerit ſe ipſum potius fallat q̃ Cal.qd ꝓſcripſerat dat Cal.Et ita craſſus ẽ tua ſñia licitator.quãq̃ tu cũ diceres licitari nihil aliud ſignificare:q̃ p̄cium

augere & ita quod proſcriptū eſſet daret plus offerenti:nō magis Craſſum q̄ calphurniū ī eo ꝙ plus offerret licitari uelle uidebaris.Eoq; interdū tua tendebat oratio:ut inter licitatione & auctione nihil prorſus intereſſet.Adduxiſtiq; pro tua cauſa:ut tibi uidebaris ex ipſis iureconſultis exeempla firmiſſima.gaiū.n.ſuper legem quæ incipit licitatio digeſtis de publicanis ita ſcriptū reliquiſſe.Licitatio uectigaliū:quæ callore licitantis ultra modū ſolitæ cōductionis inflauit ita demū admittenda eſt:ſi fide iuſſores idoneos,& cautionē is qui licitatione uicerit:offerre paratus ſit:& eundem gaiū nō multo poſt ſuper eandē legē.Licitatores uectigaliū ad iterandam cōductionē anteq̄ ſuperiori conductioni ſatiſfaciāt admittendi non ſunt.Adducisq; in eandē ſniam paulū qui ſuper legē,Valerius Digeſtis de iure fiſci ita locutus eſt.Vale patronus ꝓcurator imperatoris Flauio ſtatilio predia certo precio addixerat.Deinde facta licitatione.idē Statilius recepta ea licitatione: prædia obtinuerat:& in uacuā poſſeſſionē ita inductus erat.De fructibus medio tpe perceptis querebatur.Patronus fiſci eſſe uolebat.Plane ſi medio tpe inter primā licitationē:& ſequentē adiectionē ꝑcepti fuiſſent:ad uenditorem pertinere.ſicut ſolet uideri:cū in diem adiectio,facta eſt:deīde melior cōditio allata eſt:nec moueri debemus:qđ idē fuiſſet:cui primo adiecta fuerāt predia:ſed cū utraq; adiectio intra tēpus uēdemiarū facta fuiſſet:receſſum eſt ab hoc tractatu.itaq; placebat fructus emptoris eſſe.Hæc tu duo exempla ex gaio & paulo pro tua cā intuliſti:nā tuū illud tertiū eſt abſte cogitatū argutius ubi ageretur de dolo malo:& ſi q̄tū ad licitatorem attinet:non eſt a mea ſententia admodū alienū.Sed antequā ad gai dicta pauliq; reſpōdero:affera etiā ipe:quo firmior tua uideatur tibi opinio exemplū ex ulpiano:modo intelligas quod tu nudiuſtertius cū apud nos eſſes īterpretabaris in gaii ſniam:ubi ait.Licitatio uectigaliū:que callore licitantis ultra modū ſolite cōductionis īflauit:tu inq̄ calore per unū.L.efferebas:dicebaſq; calore ſcilicet iracundie.Quibus hoc tibi cōcedat:quē ibi locum dederis.Callore.n.per geminū.ll.& ſcribendū intelligendū eſt pro calliditate & aſtutia:eſt.n. calliditas ſecūdum Ariſtotelem quædā prudentiæ pars:quæ ita uerſatur in paruis ut prudentia magnis in rebus.Recte igitur Cicero cū uellet oſtendere in lib.de natura Deorū:quid inter uerſutū & callidū intereſſet: uerſutum eē deſcribit eum:cuius mens celeriter uerſetur:at callidū:cuius aīus uſu:ut manus opera concalluit:Sed redeatur ad Vlpianū.Sic.n.ait.ſi res eius uenierit:& exiſtat:q plus liceātur:an integrū pp lucrū reſtituendū ſit & quottidie pretores reſtituunt:ut rurſus admittatur licitatio.Audi itē.M.T.Ciceronē in epiſtola ad.M.mariū Cice.M.mario ſal.mandatū tuū curabo diligenter:Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimū:cui expediret illud uenire q̄plurimū:ſed eo uidiſti multū:quod prefiniſti:quo ne pluris emerē.Quod ſi mihi permiſiſſes:qui meus amor in te eſt:confeciſſem cū hæredibus:Nunc quoniā tuū preciū noui:licitatorē apponā potius:q̄ illud minoris uæneat.ſed de ioco ſatis.habes mi iacobe uir iuriſconſultiſſime oīa:q̄ afferri adiumenta poſſunt in cām tuā.Cæterū que paucis dicturus ſunt æquo aīo accipe.Oīum primū uideamus licitari liceriue ſecūdū ātiquos eoſdēq; ꝓbatiſſimos auctores artis grāmatice qd ſignificet.Licitari:ut ait Noni.Mar.eſt congredi & pugnare.id aūt ita eſſe patet apud cæciliū poetā in hymnide.Quin machæra licitari aduerſum cū cœpiſti ſciens:Feſtus pōpe.docet eum licitari:qui decipiendo inducit:& rurſus ait eos eſſe licitatores. q ī mercādo pugnādoue contēdūt.Audi nunc ciceronē li.iii.de offi.Tollendū eſt igitur inquit in rebus contrahendis omne mendaciū nō licitatorē uenditor:nec qui contra liceatur:emptor apponet uterq; ſi ad loquēdū uenerit:nō plus q̄ ſemel eloquatur.Ex ſignificatis huiuſmodi uerbi:uel liceri:uel licitari:q̄ a duobus eximiis & latinitatis & litterature ꝓfeſſoribus feſto pōpeio ac Nonio Mar.cognoſcimus:poſſimus ne alium eē licitatorē opinari q̄ eū q græce προξενητης proxenetes dicitur quo ēt noīe nōnullos iureconſultos uſos uidemus:Quod āt aliud ē proxeneſtratū:hoc ē licitatoꝝ officiū ut ita loquar:q̄ tū ēptorē:tū uēditorē & cōtēdēdo & decipiēdo īducere:ut & uēdat ille & hic emat:idq; nō minus minuēdi rōne q̄ augēdi precii.& quāuis alia uel arte:uel fallacia mō obiecit:quod inierit.An ſumus uſq; adeo reꝝ īperiti.ut ignoremus.quātū emolumenti huiuſmodi nebuliones ꝑcipiant ex huiuſmodi dolis:ac fraudibus:ſiue igitur rebus priuatis:ſeu in publi.uendendo:emēdo:locādo:cōducendo:cōtrahendoq; licitator interſit aut ſuo doloſe aut alterius noīe.Hunc eſſe eundē:q noīe a græcis accepto ꝓxeneto dr̄:manifeſtū ē.Recte igitur precipit Cicero nec a uenditore,licitatorē:nec itē ab emptore aponi debere:ſed ipſos potius ſi ad loquendū uenerit:nō plus quā ſemel eloqui oportere.Hoc.n.obſeruādum inter uiros grauis & bonos iccirco precipit Cicero:ut nulli licitatoris mēdacio.nulli dolo relinquatur locus:Hæc tu ſi in Gaii:ſi in pauli ſi in Vlpiani rn̄ſis diligētius cōſiderare inſtitueris.longe aliter ſenties quā ī hāc diē cōſueueris.Quod autē cōtēderis.idē eē & auctionari & licitari:eodēq; mō licitatorē & auctionatorē:nihil eſt qđ tibi minus aſſentiar.Video apud Ciceronē ī orōne pro rege Deiotaro hæc uerba.ille iterū:ille tertio actionibus factis:pecuniā dedit:qua ad bellū uteremini.& rurſus:Quo tū rex erga te aīo fuit:q actionatus ſit:ſe ſe expoliare malueris que tibi pecuniā nō ſubminiſtrare.Nō licitationibus factis.nō ſi licitatus ſit:dixiſſet Ci.idē eē ſignificatū.Sed hæc hactenus multa.Non.n.dubito te pro magnitudine ingenii tui egregiaq; doctrina iturū ī ſniā meā & eūdē eē licitatorē cōceſſurū.quē ēt proxenetā nūc uulgo urī iurecōſulti noīant.Dicebas,ſecūdo loco mirari te Cice.atq; arbitrari illū indialecticis parū fuiſſe exercitatū.nā ſi ſecus eēt.eū nūq̄ fuiſſe dictuꝝ ī prima q̄one tuſculana ſi malum ergo miſeꝝ cum eēt ꝓpoſitum uel aſſumptum potius malum mihi uī eē mors.Nō.n.qđ malū ē:id cōtinuo miſeriā aflere:cū multiplicia mala ſint & aī & corporis & fortunæ:nec eē tū cōſētaneū:q ī pluribus maximiſq; totius hoīs atq; fortunæ bōis:cū eculeū amiſerit quēpiā:aut Catulum iccirco eū affirmare miſeꝝ q̄m ea eq caniſue amiſſio ī malis hn̄da ſit ſecūdū pipateticos.īdocte igiť Ci.eā cōplexionē ad id adieciſſe:qđ erat aſſumptū.Concederem tibi profecto quod Ciceroni obiicis ſi peripateticum ſe eo in loco is:Quam ſtoicum maluiſſet:Ac ſtoici nihil in malis ducunt:Niſi ꝙ turpe ſit:nec item in

Bonis quicq̃ qđ honeſtũ non ſit:Honeſtate bonũ ſtoici:& turpitudine malum definiunt. Præterea neq̃ ĩ bonis nec ité in malis aut plus eſſe iudicãt aut minus:q qđ honeſtũ ſit:id eſſe putant oĩ ex parte bonũ queádmodũ id eé uolũt oĩo malũ qđ a turpitudine ꝓficiſcit. Quare ſi mors habẽda foret in malis qđ certe nõ e recte Cicerone reſpõſum eét:id eſſe miſſerũ:Nec.n.ꝑterire te exiſtimo quæ aut corporis ſũt aut fortunæ tributa: ea a ſtoicis neq̃ bona:neq̃ mala céſeri:ſed in differentia & a pleriſq̃ cõmoda & incõmoda quæ ét alii ꝑlata re iectaq̃ noĩant:ꝑinde atq̃ talia ſint in q̃bus ſelectio locũ habeat. Vtrum tibi grauiſſimo & eruditiſſimo uiro ſatiſfecerim neſcio:Mihi certe feci ſatis. Vale.ex Medio.Kal.ſeptẽbribus:M.cccc.lxi.

Fran.philel.ioanni Aloyſio guidobono ſal.

f Ere nõnulli Veneti:q a me litteras meos carminũ libros exſcribẽdos petierũt.Quibus ego ſigillatim: geſſiſſe q̃primũ more ſi tot mihi eius opis fuiſſent exempla.Sed cum nullum mihi oĩo relictũ ſit ꝑter id unum:qđ initio ſcripſerã:exiſtimaui hoc pacto ſatis ab me iri oĩbus factũ:ſi mihi huiuſmodi prouĩciam ꝑ nr̃a beniuolentia delegare.itaq̃ dedi ad te eum ipm carminũ codicẽ manus meæ ut uides feſtina exaratũ arũdine:Cuius tu ita pro tua prudẽtia feceris oĩbus copiã ut intra ſextũ menſem codex ad dñm redeat. Vale & patrẽ tuũ grauiſſimũ uiꝝ uerbis meis ſaluere plurimũ iube.ex medio.idibus ſepté.M.cccc.lx.

Fran.philel.Angelo ueterbino iurecõſulto ſal.

a Ccuſarẽ te mẽdacii:ſi ſcirẽ te hmõi accuſationẽ magnifacere.Sed noui ingeniũ tuũ:q nõ minus ſurdus es cum id tibi expedire putas:q̃ mutus. Veꝝ hac in re te tua fefellit opinio.Nã me primo apđ quẽ eras cænaturus:liberaſti hoĩe edaciſſimo.Deinde tibi fortaſſe nõ paꝝ incõmodaſti: qui filiam potuiſſes: ubi ea tibi uolũtas eét:indotatã ét uiro tradere. Amicus.n.q̃dã uir ſane bonus ac minime cõtemnẽdus mihi oblatus é qui cupit uxorem quæ & honeſtis ſit nata Parentibus & pulchra & ex ethruria.itaq̃ id ego audiẽs illico in te aĩum adieci:Rem tenes.Cumprimũ ueneris mediola.fac me q̃primũ adeas Vale ex mediolano.x. kal.octobres.M.cccc.lx.

Fran.philel.xenophonti filio ſal.

a T annulũ quẽ miſiſti mihi & gẽmam μετὰ τῆς ἀτῆνας perlibenter accepi.Et feciſti ſane ut te decet mõ ilius memoria aſſidue tecũ ſit.Senior noſter hiſpanus mihi expoſuit te mediolanũ uæhementer: cupere id qdẽ nõ improbo:mõ cõſtitutũ iſtic tp̃s & cõſtanter & innocẽter abſoluas.Quod ut facias te nõ ſolum hortor:ſed ét uolo ac iubeo.Præterea ſum miratus:q in tanta oportunitate τῆν ὑπὸ χεῖρι αν minus ire ad me curaueris:nihilq̃ ad ea tã multa rñderis:q̃ nõ unis lr̃is tibi ſcripſerã.ad hæc tuũ quoq̃ officiũ erit aliquid lr̃aꝝ ad principẽ ſæpe des hoc facere prudentius nihil potes.Nos hic ualemus oẽs Vale.ex medio.vi. idus octobres.M.cccc.lx.

Frã.Philel.Lazaro aretino ſal.

e T ſi certo ſcio mea oĩa tibi negocia ꝓ uetere noſtra ac ſũma beniuolentia cordi eé:nõ é tamen ab officio meo uiſum alienũ:ſi ex meis quoq̃ litteris intelligeres me mei eé nõ oblitũ:q duo iſtinc abiens tibi curanda cõmodari:quæ q̃q̃ diſſimili ſunt rõne:talia tñ ſunt ut eoꝝ neutrum negligi abs te uelim. nam officioſi amici é æq̃ parua amici gr̃a nõ cõtemnere:ut magna ꝑclaraq̃ facinora non minus adire alacriter:q̃ appetere uæhementer.Quæ reliqua ſunt tecum ipſe cõſyderabis: Vale.Ex medio.x.Kalẽ.decẽb.M.cccc.lx.

Frã.phil.Hermolao barbaro ep̃o ueronẽſi ſal.

q Vam pro Lazaro ſcarãpo comenſi ep̃o orationem habui iccirco in preſentia ad te dedi:q uereret neq̃ librarius tuus tumultuarie ſcripſerat nõ eſſet admodum emendate ſcripta.Præterea cũ uellem aliq̃d ad te ſcribere:nihil noui acciderat poſt diſceſſum tuum quo uterer argumẽto.nec.n.dubito ea tibi omnia cordi eſſe:quæ a nobis in cõmẽdariolo acceperas:ꝑſertim id unum:quod mihi cũ tuo antonio beccheria uiro diſerto & ꝑhumano trãſigẽdum é.Neq̃ ſane aliud q̃cq̃ é:cuius moram moleſtiorẽ ferã.Nam eiuſmõi codice carere diutius nullo pacto poſſum.itaq̃ rogo te:ut currẽti ſis calcar.Fieri.n.poſſit ut ſerius Veronam repetas.At mihi in huiuſmodi codicẽ celeritate plurima opus é.Hac una re mihi gratius hoc tempore facere nihil potes.nec qđ magis antonii interſit officii:quẽ ipſum ſcio tibi eſſe cariſſimum.Reliqua tñ oportune prouidebis.Vale:Ex mediolano.vii.kal.decẽb.M.cccc.lx.

Fran.phil.lazaro ſcarãpo comenſi ep̃o ſal.

e Am q̃ pro te apud comẽſes ad.xvi.Kal.decẽb.orõnem habuerã:iccirco ad te miſi.ut qđ tecum antea ſum locutus:eã cures ꝑ fratrem reddi Hermolao barbaro ep̃o ueronenſi.Reliqua tu puto memineriſ Præterea quæ iſtinc deſceſſurus tecũ ſum cõmentatus ne obliuiſcaris te ét atq̃ et rogo.Hoc uno mihi aliud hac tẽpeſtate gratius præſtare officium nullum potes.Vale & bone ualitudinis rõnẽ habe.ex mediola. vii.kal.decẽb.M.cccc.lx.

Frã.philel.Donato actiolo ſal.

n On poſſum nõ ꝓbare tuam tam longã taciturnitatẽ.cũ exiſtimẽtẽ te uti uoluiſſe me magiſtro.q dum ſtudio eam ad te dare orõnẽ:q̃ & ipſe habuerã apud ſũmũ pontificem pium mantuæ:& ipſe deſiderare uidebaris:diutius ſim cunctatus q̃ tu fortaſſe uelles. At ſuperas fortaſſe ꝓfecto omne meam huiuſmodi in ſcribẽdo tarditatem adeo ut iam uerear te eſſe oĩo una cum noſtro argyropulo oblitũ mei. Et facis tu quidem nequaq̃ uel amice uel recte.q nihil ad ea reſpõdeas.quæ tibi ꝓ noſtra ſũma beniuolentia commẽdarem. Sed eo fero moderatius negligẽtiam tuã:hui:diligentiam uolui dicere:qđ utriq̃ arundini & nymphæ & muſæ ſimul ſtudere nõ potes: Veꝝ ſi me amas:ſurripe aliq̃d tẽporis τῇ ἀφροδίτῃ quod amicitiæ codões Ego ad te nouã dedi orationem.Vale ex mediolano.iii.Kal.decemb.M.cccc.lx.

Frã.philel.Pallanti ſtrozę equiti aurato ſal.

Nſtituenti mihi pro uetere noſtra ſũmaq́ amicitia ſcribere ad te aliqd:hic tẽpeſtiue nuntius ẽ oblatus
i q iſtac iter facturus redit in poloponenſum.Oĩum primum certior fieri cupio q̃ bene ualeas corpore.
Quid.n.interrogẽ aio cum uir ſapientiſſimus nõ ignoras uel nullis oĩum cõſiliis τὸ εἱμαρμένον ἡξέ-
ιν.Itaq́ ſi me amas:ſicuti certe facis cura:ut tuis optatiſſimis litteris itelligam q̃ta tibi cũ ſenectute ſit qui es.nã
de aĩ tranquillitate nihil ẽ qđ dubitẽ.Quod ſi de me doceri ex me uis:ualeo eqdem ꝓbelle:Nec me climateri
cus annus quẽ caldæi noĩant:ulla ex parte fecit ſua inclinatiõe deteriorẽ.Nã q natus ſum.viii.Kal. Aug. anno
a natali xpiano mileſimo tricẽteſimo nonageſimo octauo ago iam tertium & ſexageſimũ annum. Quod ip-
ſum tpis cũ ob ſeptenariũ numeꝝ:tum ob penultimum cõis ætatis hoĩum flexum pythagorici putãt eẽ peri-
culoſum.At ego ſeptenariũ numeꝝ in utranq́ fortunã uæhemẽtem exiſtimo.Quare in ſecunda nobis & ma
lo & opto.Quod me ſecũdo loco ad ſcribẽdũ hortať:eũ quorundã libroꝝ deſideriũ Agit.n.iſtic apud uos an
dronicus calliſtus noſter uir deſertus & doctus.iſti ãt eſſe audio τὸ ἅπαντα παλαίφατον μερὶ παλαιῶν ἱστό-
ριων καὶ τὸν ῥωμαῖον κορνοῦτον περὶ ἀλληνικῆς θεωρίας τὰ δὲ καὶ τοῦ σύγκελλον γραμματικόν.Peto
igiť abs te maiorẽ in modũ:ut eos libros aut nobis exſcribi cures mea impenſa aut ad nos ire.q hic exſcriban
tur reddituri ad dñm q̃primum:Vale cũ Honofrio meo atq́ nr̃is oĩbus ex medio.Kal.ianua.ãno a nata. xpia
no.M.cccc.lxi.

Fran.philel.xenophonti filio ſal.

Oſt eas litteras qbus mihi & de annulo quẽ Hiſpano ſeniori dederas:& de pecũnia q̃ ſocrus a theolo-
p go Timotheo petierat:ſignificabas alias nullas iam menſis duos abs te accepi.Vtrũ uel tua uel aliorum
negligẽtia factum ſit:neſcio.Quod hic cupis a me curari.fiet in tpe diligenter.uelim tamen interea ne
qd iſtic patiaris de te deſiderari περὶ χαιρήμονος πεντέρας nullam impenſam uolo ſuſcipias Suſceperis.
eni fruſtra.Nam nõnulli mihi græci renunciarunt illam uerba dare:& qđ uitæ inſtitutũ cepit id nũq̃ dimiſſu
ram.Cura ut bene ualeas.Nos hic ualemus oẽs.Ex medio.Kal.ianuarias.M.cccc.lxi.

Frã.philel.Leonardo ſabbatino ſal.

Ollella aduerſanus dixit mihi uerbis tuis eſſe tibi nõnullos codices & latinos & græcos:quos uendere
c inſtitueris.Quare ſi uellem aliquos ex iis emere licere mihi per te:habeo tibi Leornarde mi gratias nõ
uulgaris:qđ eaꝝ mihi reꝝ optionẽ dederis:quaꝝ me amantiſſimũ noſti.At uellẽ profecto tibi cũ tuo
maximo & honore & emolumento ſublata facultas eſſet alienãdæ ſuppellectilis tam præclare tam præcioſe
id qđ per uitam illius mei amiciſſimi Auriſpæ uiri optimi & grauiſſimi facile factũ eẽt ſi eum apud nos Deus
q̃ apud ſe ager. maluiſſet.Sed qm̃ ea lege nationes ſumus ut naturæ tandem ſit cõcedendum:æquo aĩo neceſ-
ſitatem feramus oportet Te autẽ hortari nõ deſinam:ut cuius uiri gener ſimul & heres relictus es.eius quoq́
uirtutẽ ſingularẽq́ doctrinã hæreditario quodã & aſſiduo ſtudio imiteris.Quod eius rei qm̃ nõ ambigo ſtre
nue te diligenterq́ curatuꝝ:nõ ero in præſentia tecum longior.De libris autem qđ ſignificas:paucis rñdeo.
Opus ẽ:ut libroꝝ titulos mittas & qualitatẽ & præciũ.Id cum didicero:ſi libri placuerint:aut ipſe ueniam:aut
precium mittã.Vale cũ ſponſa & patre.Ex mediolano.iiii.nonas ianua.M.cccc.lxi.

Frã.phile.Nico de.tranchedino ſal.

Audio eqdẽ uæhemẽter ita res tibi ſecundas eſſe:ut ne amiciſſimi.q̃dem hoĩs recorderis q̃q̃ nõ parua
g ẽ fœlicitatis pars uir amicus.Amicitia.n.ſiue in animi:qđ phĩs placet ſiue in extrariis bonis ponenda
ſit non minimũ tenet in humana fœlicitate locũ.Quare ut te aliqñ colligas:uolo Memineriſq́ in om
ni fortunæ ſtatu uel cõmodo uel iucunditate amicũ eſſe poſſe.id ſi feceris dabis ad me qñq́ lr̃as:quo me ſaltẽ
tuæ lætitiæ participẽ facias.Tu uero ne me ↄtra exiſtimes tui obitũ:accipies unã a me orationẽ quam nuper
habui ad comẽſes de dignitate eṗali & de illoꝝ eṗo Lazaro ſcarãpo.Et pro rei argumento:& pro hoĩbus ha
bẽda fuit orõ.Tu mihi feceris rem gratiſſimã ſiquid noui ſignificaris qđ uel gratũ ſit:uel nr̃a interſit audire.
Vale.Ex me.pridie idus ianua.M.cccc.lxi.

Fran.Phil.Pallauti ſtrozæ eqti aurato ſal.

Ihil mihi potuiſſet hoc tpe iucũdius cõtingere tuis lr̃is:qbus priſtinam illã tuã ſermonis ac morum ſua
n uitatem:q̃ mecũ ſæpe dũ florẽtiæ ageremus:familiariſſime utebaris.nõ ſecus inſpicere uiſus ſum atq́
ea q̃ corã uideri oculis ſolent.Qui.n.me tua oĩa nõ delectẽt:quẽ certo ſcio nõ mõ abſolutæ cuiuſdam
ac totius uirtutis ſpeculũ:ſed ẽt de me ſemp q̃ optime meritum.itaq́ rogo te ut ſi quid poteſt accedere ad con
ſeruandæ bonæ ualitudinis diligentiã:uel mei ipſius gratia:quẽ noui tibi eſſe cariſſimũ:aliqd addas. Nã quis
adeo alienus ſit ab oĩ humanitate q optare non debeat te immortalem fore:cuius uita ẽ omni humanitate hu
manior & cũ totius honeſtatis plena:tum nullius elegantiæ:nullius doctrinæ inops.Quod autem ita pro tua
mirabili ſapiẽtia te cõpoſueris:ut nullis medicoꝝ remediis utare:nõ poſſum nõ probare.Quid.n. cõtinentiſ
ſimo uiro eidẽq́ prudẽtiſſimo prodeſſe medicus q̃at ullis curatõibꝰ ſuis q ſibi ipſi nõ didicit.Nã quotus quiſ-
q́ ẽ medicus:q abditã penituſq́ recõditã ægrotationẽ recte iudicet.Duo in primis ſunt.ex qbus huius tẽpeſta
tis medici aduerſe ualitudinis uim cãmq́ cõiectant urina & uenarũ motus:ſed urina quoꝝ nobis alioꝝ loco-
rũ argumẽtũ ꝓſtet in corpore:q̃ iecoris:renũ ac ueſicæ.Omitto.n.quot poſſit quantaq́ accidere qbus urina
deprauata iudiciũ fallat.De uenaꝝ aũt motu qd certi afferre qs audeat ea cõuenientia ignorata:q̃ muſici har-
moniã uocãt.At quot medicos licet inuenire q aut muſicã aut ullã diſciplinã mathematicã teneant.cum non
phyſica mõ:ſed qcqd uel ad numeꝝ uel ad mẽſurã:uel ad muſicã rõnẽ uel ad aſtro.ptinet:ſi medicus ignora-
rit:neq́ iudicare qcq̃ uere nec mederi ſalubriter q̃at itaq́ facis tu quidẽ:ut ſoles:oĩa ſapiẽter:qui tibi tu p tẽpe-
ramẽti corpis tui & etatis cõditionẽ:tũ p uitæ ac uictus cõtinẽtiã medearis:id qđ itidẽ in meipõ q̃tũ licet ob
ſeruo.Qua ex re factũ puto.ut nulla ſit mihi cũ medicis cõſuetudo aut cõſeruãdæ ſcilicet aut recupandæ uali

tudinis grã.Et qm̄ de te pauca ſum locutus:eadem breuitate de me utar neceſſe eſt.Sū equidē mi pallas tua lau datiōe plurimū delectatus:nō qđ ita in me ipſo ſentiā:ut tu predicas.ſed qm̄ iſtiuſmodi de me teſtimoniū ſit ī mētibus hoīum p magnū pōdus habiturum:Nec enī uereor apud te fateri ingenium meū fortaſſe leuiuſculū Malo ſane de me optime ſentiendo uiri oēs optimi idēq; doctiſſimi fallanť:q̄ ſi ſecus ſenſerint:ſoluti menda cio iudicenť.Si qd boni in me eſt:illud certe eſſe intelligo nihil ſeruari apud aīum meū diligentius gratitudine & officio:quo fit ut tibi ſp optem ſecūda oīa:nec tui ſplendidiſſimi noīs memoria apud me ſit qcq̄ antiquius. Nā qđ ad doctrinā & eruditionē attinet:ſi ſcire me dicerē nihil ſcirę imprudētię poſſem argui:qđ mihi ſciē tię laudem uendicarem.itaq; ſolum illud auſim affirmare:me ſciēdi cupiditate preter ipſum te unum alii cui q̄ cedere nemini.Et hac de re ſatis:Nicolao monacho religioſiſſimo grauiſſimi eqtis aurati Rainaldi Albizii il lius nepoti ex Hormano filio dicito uerbis meis:qđ ei de fratre ſuo Bartholomeo reſpōderā:ueriſſimū fuiſſe Nā neq; ab angelo actiolo ornatiſſimo eqti aurato:neq; ab alio prorſus ullo aduerſus Bartolomeū apud hūa niſſimū principē hunc meū ſermo qſpiā habitus eſt.Quin potius priceps meus eā rem moleſtiſſime tuli::ſub diditq; licere ęque oībus florētinis agere nō minus audacter in ſuis qbuſcūq; urbibus q̄ poſſunt proprii legiti miq; ciues.Crede mihi mi pallas hunc eēm principē plane optimū ac uni tibi ita eſſe affectum:q̄ ui maxime. De libris qd reſpōderit Andronicus calliſtus:ex tuis litteris didici:Velim ex eo certior fias:apud quē eiuſmōi libri hoſpitenť εν τοκάνδακ apud laurę ne qrinum an apud alium quendam.Ad hęc audio Andronico iſti eſſe Appolonium grammaticū περι συντάξεος σημάτεν Quo ad eius fieri licet:rē mihi gratiſſimam na uabis:ſi dederis ōpero:ut codex ille exſcribēdus eat mediolanum cōtinuo redditurus ad uos.Quod ſi minus ſaltem uelim eam curā ſuſcipias:ut iſtic apud uos exſcribatur Nam qđ impēderis dabo ad te q̄primū.Vale ex medio.v.Kal.februa.M.cccc.lxi.

Frāciſcus phi.pio ſecundo ſummo pontifici ſal.

q Vamq̄ oē beneficium pergratum eſſe debet pater beatiſſime:illud tamen multo gratius longeq; iucū dius uideri ſolet:qđ quis nullis ſuaſionibus:nullis pręcibus nullis deniq; officiis prouocatus in aliū con tulerit.Nam ſi qua preceſſerint merita non relata minuſq; inita gratia ducitur.Quę mea ſemper ab in eunte uſq; iuuenta beniuolentia erga te quę obſeruantia fuerit:unde magis q̄ a tua ſanctitate teſtimonium ē petendum.Sed ubi te pro incredibili tua & erruditiōe & eloquentia ſūmaq; uirtute ad pulcherrimos deiceps dignitatis gradus cum epiſcopatus & tergeſtini & ſenenſis tum etiam cardinalatus omnipotens deus extulit: nunq̄ deſtitiſti uel corā ſermone honoratiſſimo:uel per humaniſſimas litteras abſens oſtendere q̄ti me face res & q̄ ea tibi fides accepta eſſet & cara in primis.Voluit tandē ſanctiſſimorū operū retributor Deus:ut ī ſup premo chriſtianę religiōis ſolio ſacerdos maximus conſtitutus uicem Chriſti ī terris gereres.Qua certe una re diu a me antea non minus:ut ſcis:prędicta ſępe q̄ expectata nihil unq̄ audiui in uniuerſa uita neq; optatius nec iucundius:idq; nō minus eruditorū oīum & diſertorum hoīum cā q̄ ulla pręcipua ſpe meorū cōmodorū Quos ſane cogitatus meos non obſcuro quodam infirmoq; documēto q̄primū cōfirmaſti.Nam nō modo me non petente ſed ne cogitante qdem ſingulos ducentos aureos in ſingulos annos mihi per oēm uitam do no datum iri ex ꝓpriis pecuniis ſimul atq; creatus es ſummus pontifex:continuo decreuiſti.Quid hac tua aī benignitate.quid hac munificentia qd hoc locupletiſſimo paternę erga me caritatie teſtimonio aut honora bilius.mihi aut pręcioſus duci debet.Quod aut uerbo decreuiſti:id etiam rem ꝓpediem effectum reddiſti. itaq; ſim plane obnoxius ingratituni ſi te tanta manſuteudine tanta humanitate tanta beneficia patrem mi nus indies magiſq; inſtar numinis obſeruabo:colam:uenerabor:id qđ neq; deſtiti ante hac facere neq; deſiſtā unquam modo intellexero:qua tibi re magis ſim gratificaturus.nam qđ meopte ingenio ipſe aſſequor:id ne que occultę neq; diſſimulanter pręme fero.Quare tuę beatitudinis munus erit:ut quod gratius tibi gratitu dinis genus fuerit mihi imperes.Tuum.n.omne imperium immortalis beneficii loco ducam.Ego autem qđ ad rem meam attinet nihil eſt aliud quod a tua ſanctitate petam:quā qđ ipſe tu ſponte iuſſiſti:quo tpe Mātuę nuper publico xpiane conſultationis aduerſus turcos officio te cōtinebas:dedit mihi tuo noīe ex cōſtituta pe cunia grauiſſimus iurecōſultus greg.iollius aureos ducentos.Subdiditq; futurū:ut reliqui centū aurei mihi ſol uerenť ad anni illius exitū.id aūt actū ē anno a natali xpiano milleſimo quadringenteſimo quīquageſimo no no circiter nonas octob.Pręteriit annus ille:& itē alter:agimuſq; iam tertium.interea uero tpis iccirco nihil petii:qđ īportunior iudicari nollem.& ſi mihi ſp pecunia opus ē.Nullum enim apud me locū hēt auaritia aut liberalitatē amplector ſtudioſius:aut ſiqn̄ fortaſſe fuerit a medio declinandum:difficilimum enī ē circulis pū ctum aſſequi.in ꝓdigalitatē labor.quę eo eſt quā auaritia dignior uenia:quo minus diſtat a laude.itaq; altitu dinis animi tui fuerit iubere:ut ea mihi pecunia hoc ē ducati trecenti in preſentia numerenť:qđ ut facias te etiam atq; etiam rogo:oro:obſecro.nam his eſt mihi uęhementer opus.Vale pater beatiſſime. ex mediola no.Kal.februariis.M.cccc.lxi.

Frā.phi.iſidoro cardinali rhuteno:ſal.

r Edditę mihi ſunt pr̄ clęmentiſſime tuę amplitudinis lr̄ę q̄s mea ſūma cū uoluptate lectitaui.erant.n. phūnae ac plane īdices tuę erga me caritatis.Ac facis tu quidē pbenigne:ut eū plurimum diligas q di gnationē tuā mirifice uenerať.Quod ad rem tuam attinet:quas ſūmi pontificis breues lr̄as ad me de deras una cum tuis.reddidi accurate ꝓ iuſſu tuo iacobo rurrio mutinenſi epō:quas ille ut primum legit miti uultu & hilari facie reſpondit ſe tibi penſionem quam petis nunquam deſtitiſſe ſoluere cum debebat. Nunc autem pręter amorem & o beruantiam aliud tibi debere nihil.Nam ex quo tempore corcyrienſi archiepi ſcopatu do natus es a pōtifice Pio ſe omnino liberatum eſſe omni pēſionis onere:quam tibi antea debuiſſet.

Collatū.n.eē per cōtributionē archiepiſcopatus illius plus duplo:q̄.ex ea penſione acciperes: & ita ſe mantuæ nuper pontifici maximo reſpondiſſe. Addiditq̧ ſe q̄m ita uis paratū eē de iure tibi reſpondere: ob eamq̧ rē datuꝝ q̄primū litteras ad ſanctiſſimū dn̄m nr̄m:curatuꝝq̧:ut Antonius beltrandus iurecōſultus q pro duce Borſio oratorē gerit in Ro.curia:hanc oēm cām ꝓcuratorio noīe pro ſe agat. Et hac de re ſatis. Eſt mihi pater humaniſſime tua opa uæhemēter opus. Nam cū eēm ex urbe Mantua anno iā ſecūdo rediturus. Mediolanū uir grauiſſimus Grego.lolius ſecretarius & affinis ſūmi pōtificis dedit mihi eius beatitudinis noīe aureos ducētos ſubdiditq̧ futuꝝ ut reliq cētū q deerant ad plenā ſolutionē āni unius ac dimidii:mihi nūerarētur ad anni illius exitū. Sūmus.n.pōtifex cū primū in eo ſolio cōſtitutus ē cōtinuo mihi nō mō non Petēti:ſed ne cogitāti qdē cōſtituit annatī aureos ducētos.itaq̧ & abiit ille annus & itē aliter uniuerſus:itaq̧ agit̄ tertius cū interea tpis nihil ē a me petitū. Sunt igit̄ una cū hac ad te epiſtola alteræ item meæ hac de re litteræ ad .S.D.N. qbus peto eos trecētos aureos ꝓ ſolutione unius ac dimidii anni. Quare tuæ humanitatis fuerit ita opam dare:ne ulla ex pte deſideratus uidear ſtudiū tuū Eſt.n.mihi puella nubilis. Cuius rei gr̄a factū ē:ut ante hanc diē nihil pecuniaꝝ petierī:perinde atq̧ tutius res oīs mea pecuniaria ſeruaret̄ in ærario pōtificis pientiſſimi Pii q̄ apud ipſum me:q nūmis parcere nunq̄ didicit. Nunc uero iis utendū ē nō abutendum: Vale ex mediolano pridie idus febru. M.cccc.lxi.

Fran.philel. Ciccho calabro ducali ſecretario ſal.

Tultoꝝ infinitū eē numerū in ſacris litteris ſcriptum legimus. Quæ qdem ſnīa & ſi mihi nunq̄ dubitāda eſt uiſa:quippe q̄ ex ore ſapientiſſimi uiri:ſiue ieſus Syrachi filius:ſiue is alius fuerit:emanaſſe ꝓhibet̄:eam tamen unius Petri candidi huius noſtri decēbris litteræ plurimū cōfirmarūt:q modeſtiſſime a me pbenigneq̧ admonitus:ut ea corrigeret.q̄ in eulogio qd̄ pro inclyta ſanctiſſimaq̧ fœmia Lucia magnanimi principis nr̄i matre tanto labore elucubrarat:incautius fortaſſis erraſſet:ſe talem eſſe intrinſecus oſtendit qualis apparet extrinſecus.itaque nō abſurde ii ſenſiſſe iudicādi ſunt:q dixerunt monſtrū in corpore monſtrū in aīo. Quis humani ingenii paulo peritior:cū oculos Petri cādidi facieq̄ue inſpexerit nō iſtiuſmōi hominem expreſſū quoddā ac pſpicuū iuidētiæ ſimulacrū exiſtimabit. Et apte ꝓfecto & erudite poeta ille deſcripſit inuidiā cū ita cecinit. Pallor in ore ſedet macies in corpore toto. Nuſq̄ recta acies liuēt rubigine dētes. Pectora felle uirent:lingua ē ſuffuſa ueneno. Riſus abeſt:niſi quē uiſi fecere dolores. Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis. Sed uidet ingratos:intabeſcitque uidendo. Succeſſus hoīum:carpitque & carpit̄ una. Videſne mi Cicche:quā pulchre Ouidius naſo candidum decēbrem effinxerit.itaque tādiu antea q̄ ſcire poſſet futuꝝ aliqñ Petꝝ candidū:neſcio quē. Et nos increduli nō ſatis mirari Poſſumus ſolere poetas bonos diuinitus afflari uenturaque pdicere. Conuerte obſecro in leucum ipſum corporis oculos atque mentis lumina:intuere colorē muſtellinum:intuere macilētiam. Quæ quidē duo nō ab optimaꝝ artiū ſtudio:a quo uæhemēter eū abhorrere ipſaꝝ reꝝ docet inſcitia:ſed ab īmani quadā animi ægritudīne manare neceſſe ē Nam dirus & afferatus oculoꝝ intuitus ꝓdigioſi mōſtri cuiuſpiā ē ſimilimus. Et ne oīa ſigillatim pſequar qd eius lingua uenenoſius.qd fœtulentius qd abhoīabilius.itaque recte dum uiros honeſtos atque doctos carpit maledicēdo:ipſe:interius carpit̄ liuoris aculeis:fitque plane tabidus. Nam ut eleganter monet Ariſtoteles οφοτνοςὲς Κἄρ ςον ἐχὲλε τικαλονὲν ἄὒτο τἤκει γαρ ὀτὄνερον ὀμμάι ἀκαι κρα̃δίην Inuidētia inqt ē qd peſſimū. Sed habet qdam in ſe bonum. Nam oculos corque inuidorum facit intabeſcere Verum quid miremur eum hominem inuidentiæ uerberibus cruciari.q ſit unus oīum ſuperbiſſimus. Quod flagitit genus ſiqs fortaſſis ignorat:ſuſpiciat homīs ceruicem erectam ſemper ac rigidam & obſtipam camelli inſtar. Nam ipſa uis lexque naturæ ex huiuſmodi ēt habitu ceruicis ſuperbum nobis oſtētat. Quare cum auguſtus Cæſar Calu. tiberiū q innatam dirāque ſupbiam ceruice huiuſmōi ſignificaret excuſandā uellet dicere ſolitus tradit̄:id illi natura eē nō more.q̄ſi quæ natura īſunt uitia æqus cēſæri oporteat quāq̧ fuerint moribus cōparata. Et euxebius Hieronymus uir doctiſſimus idēq̧ ſanctiſſimus de ſe loquens in epiſtola ad Hiſpanum Abigaum ita ſcribit Nihil ita a pueritia uitare conatus ſum q̄ tumentē animum & erectā ceruicem Dei contra ſe odia ꝓuocantem. Norat enim uir ſapientiſſimus dixiſſe humani generis redemptorem eum adhuc eſſet in uiuis diſcite a me qa mitis ſum & humilis corde. At elatio candidana arrogantiſſimaq̧ ſuperbia ad cū ad naturæ uitiū moꝝ quoq̧ flagitium addidiſſet:nulla ne minima qde iniuria laceſſitus ita in me inuehitur ut in eos omnis conſueuit ſemp quos ſui diſſimillimos norit. Exiſtimat.n.hō ſtultiſſimus ſe hac uia apud indoctā multitudinem noīs qppim auenatuꝝ qd̄ cū iuris preſtantibus quaſi cum paribus de laude certamen in ea tanq̄ noīs claritudo uel uel in eoꝝ ſitā ſit teſtimonio qbus omnia fere cum pecudibus ſunt cōmunia uel maledicēdo potiuſq̄ p bonaſ actiones cōparet̄. Quāobrē ne cui ſit obſcuꝝ:qd̄ tibi ē luce clarius rem ipſam ut habet paucis exponam cū multi cum adoleſcentes & alii nonnulli e iuuentis numero epigrammata ſcripſiſſent in laudes clariſſimæ uirginis luciæ Sportianæ libuir etiam candido ſeni huic noſtro:cui candidi nihil eſt preter canicem deſcendere cum eiuſmodi ætate in aciem.ſcripſitq̧ eulogium uerſibus quattuordecim & cum eo unam ad te epiſtolam qua grauiſſimus quidam Cato reliquos qui ante ſe ſcripſerant reprehendens:ſolum ſe dignum īſinuabat. cuius uerſus haberentur in precio. Fuerunt qui mihi carmen illud legerent non legendum traderent ut alia quoque cæterorum omnia. Ego autem & audiui perhumaniter & longe magis quam Par eſſet more meo carmē laudaui. Addidique pro iuſti uiri officio & id quidem modeſtiſſimis uerbis tria tamen eſſe emendanda unum ex eorum præceptione:qui grammatici dicuntur: alterum geographorum hiſtoricorumue: tertium uero philoſophorum. nam neque mærorem: & fletum in ſortem: & ingenti animo uirum cadere. neque

tertiæ cōiugatiōis:habere ultimā ſyllabam breuē.nec ulla ꝓpria ratiōe corripi poſſe huiuſmodi ſyllabā ſiue ea
urbe ſecūdæ cōiugatiōis duaꝝ ſint ſyllabaꝝ:ſiue ēt plurium.Natura.n.id fieri ac ui ꝓpria nō numero ſyllaba/
rū.Sic enim incipit candidanū epigrāma.Nate patris quondam lux unica:gloria matris:te ꝑcor.a lachrymis
abſtine nate piis.Quæ quidem tria errata cū eſſent a me notata:id qđ in cæteris quoqꝫ quoqꝫ epigrāmaticis.
ubi opus fuerat.antea fecerā.ſubdit qſpiā e circūſtātibus tuis ſcribis:at petrus candidus carmē hoc edidit:tunc
ego:bene res hēt inq̄ admonendus ē cādidus.hæc ut corrigat.Nā in reliquis id mihi ſatis probat̄. Res ita ge/
ſta ē mi Cicche:ut audis.id qđ ex oībus tuis ducalibus ſcribis potes intelligere.At non tulit candidus:ut eſt in
ſolenti arrogantia honeſtam admonitionē:ſed cōtinuo epiſtolam ad te dedit:q̄ ita diceret Dn̄s Philelfus cum
meos uerſus legiſſet deinde ad ſuos uertiſſet oculum ranaꝝ in morem coaxantes:ſtatim turbatus eſt. Audis
atticā eloquētiā Cicche diſertiſſime q̄ elegenti initio rem aggredit̄.Reſpondeat̄ igit̄ candido:& ſi erat Philel
pho honeſtius nihil oīo r̄ndere ineptiſſimo nebuloni:hēreqꝫ dignitatis ſuæ potius grauitatiſqꝫ rōnem:q̄ cuiuſ
piam cōuitioſæ iniuriæ:præſertim cum non ſit neſcius magni eē animi hmōi iniurias obliuiſci ac ꝓ nihilo du
cere.Sed gerendus mos fuit Cicche:ut ſcis.amicoꝝ quorundā uoluntati magis q̄ ulli meo inſtituto. Appellat
me ꝓ Philelpho pygoſtolus candidus Philelcum hoc ē hulceris ſtudioſum appellat nec illius ſane corporalis
hulceris cuius tumore ac putreſcenti ſcateſcentia nō minus torquet̄ aſſidue q̄ ſtranguriæ quā græci noiant de
coriatæqꝫ ueſicæ pedumqꝫ ac lateꝝ acerbiſſimis doloribus ſed aīalis inquam hulceris:quo ꝑ ſupbiæ inuidētie
qꝫ uulneribus & dies cruciat̄ & noctis.Sum inquam ſtudioſus ſtultitiæ tuæ & īmanitatis candidæ mi Pygoſte
le:& ea rōe ſtudioſus iſtiuſmodi hulceꝝ tuoꝝ:uel uix aliud qcq̄ magis cupiam hoc tpe:q̄ te aliqn̄ reſipiſcere ad
ſanitatēqꝫ redire.Sed quid male de te meriti ſunt ducales ſcribæ modeſti ſane & egregii adoleſcentes:qđ eos
ranas coaxantes appellas.Nam ꝑter ſcribas alius aderat nemo.Ditis aūt me ut batū.Et recte id quidem:ſi com
miſeratiōnē dicas turbationē.Nō.n.ita eram ab humanitatis officio alienus ut nō cōmiſereſcerem tui.qui dū
uelles hēri doctiſſimus:oī indocto hoīe te inferiorē oſnderes.At q̄ apte defendis erratum tuū. Argumentaris
idem licere tibi in abſtine:qđ ꝓpertio & aliis licuit in caue & uide.q̄ cum ſint ut ipſe affirmat ſecunde cōiuga
tionis correpta tn̄ in ultima ſyllaba reperiunt̄ Quod ſi donatum.ſi ſeruiū.ſi Priſci ſi alios latine linguæ ꝓba/
tiſſimos auctores diſcere uoluiſſes intelligeres eiuſmodi uerba non eſſe ſecundæ cōiugationis.ſed tertiū cum
hn̄t ē ultimā ſyllabā correptā in mō imperatiuo.Verū tu gloriari ſoles:qđ nullo ſis unq̄ doctore uſus. Quod
certe unum cū cætera mentiaris uerιſſimū eē puto.Nam qđ aīs Propertiū eē longe Philelfo doctiorē id alio
rum eruditiſſimoꝝ hoīum nō tuo qui nihil ſani ſapis iudicio relinquat̄.Vnum philelfus audet affirmare uel
inſaniente candido neminē eē hac tēpeſtate nec fuiſſe unq̄ apud latinos q̄tum cōſtet ea oī hoīum memoria.q̄
ꝑter ſe unum.idem unus tenuerint exercuerintqꝫ & græcā pariter & latinā orationē in oī dicēdi genere & pro
ſa & uerſu.Tu ſi quē hēas alterū memora.Quid taces hō miſerrime:ſubdis deinde licuiſſe tibi uti amphima/
cro:ut uirgilio cū ait Ferreiqꝫ eumenidum thalami.Quod licebat in ferrei non licere in abſtine.neceſſitatis
lex iubet:nā ſimplex eſt tene:qđ ſine uitio in uerſu pētametro poni pōt mō ponatur ante.poterat ꝑterea di/
uidi abſtine ut in ꝑrapidiū & inuicem & hactenus & in aliis cōpoſitis obſeruatum a poetis uidemus.Sed alia
ē rō:q̄ ipſe ignoras leuce ferrei ſpondeus eſt non amphimacer.nam dicto ē biſyllaba ꝑ ſyuæreſin.e.&.I.duaꝝ
ſyllabaꝝ & in ſyllabā unā:ne & furias aiacis oilei.et talibus ilioni dictis.Rurſuſqꝫ in eodē libro.fit ſtrepitus te
ctis uoceſqꝫ per ampla uolutant.atria dependent lychini laquearibus aureis. merorem & flætum quos ipſos
inuictiſſimo ſplendidiſſimoqꝫ principi nr̄o inſanus homo tribuerat.nō cadere in uirum fortē ſatis concedit.
Candidus ut eſt docticulus:cum nihil reſpondet.ignorat.n.philoſophos homo philoſomatus.Nec mihi quiſ
piam rerum grauiorum ignarus ea abiecerit.q̄ a Vir.in.vi.æneidos ſcripta ſunt.nox ruit aeneas:nō flendo du
cimus horas.Scimus.n.eo loco æneā aliud nihil ſignificare q̄ ſenſitiuū appetitum.qui nobis ē eum pecudibus
cōis ob idqꝫ illum a Sybilla.q̄ rō eſt tēpeſtiue caſtigatum nam qđ ad naturæ & pietatis affectum atfinet id ge
mitu ac lachrymis nō mærore & eiulatu proſequendum ſapientes uolunt.De duce ligurum & in ſubrium ad
dit ſe ſcripturū ad te poſtea oſtenſurumqꝫ.Mediolanum:qđ & ab inſubribus heduis ut modo dicebam cōdi
tum ſit & in italiæ inſubribus ſitūm eſſe in liguria & id quidem auctoritate plutarchi Solini & Liuii:ſubiicitqꝫ
duo ad poſtremū:me nondum luiſſe cænam de epiſcopo hectore & erratum a me eſſe in Sphortiade in quā/
titate ſyllabæ cum cecini.Sed nec ita.fran.adhuc.nam prima ſecundi pedis ſyllabam quæ naturaliter ſit bre/
uis:eſſe a me productam.Olepidum caput.neſcit enim candidus eadem ratione licuiſſe mihi producere ſylla
bam ultimā i ita:ſequente muta cū liquida:q̄ licuit:& Virgilio & Homero Legat tertiū uerſum iliados ad pri
cipium πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν ἡρώων.Legat apud eundem poetā cū paulopoſt
tam uæhemētius illius iræ tāqꝫ pnitioſæ q̄ ꝓpoſuerat:cām narraturus agreditur.ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος ἀχιλλεύς τίς τάρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι:At græca qui norit lucus:qui latina nō tenet Legat̄ ēt Vir.in bucolicis.Aſpice connexum
nutātē pōdere mūdum Terraſqꝫ tractuſqꝫ maris celumqꝫ ꝓfūdū.Et idē in Geor.Subit ardua ſylua lappæqꝫ tri
buliqꝫ interqꝫ uirētia culta īfelix lolium Quā uero cænā ſōniet cādidus:non ītelligo.Scribit.n.pygoſtolus in
calce lr̄aꝝ.Nōdū licuit cænā Philelcus de ep̄o Hectore.illud aūt ſcio & dixiſſe & iterduū & ſcripſiſſe idē pſæpe
ſignificare ep̄m apud græcos qđ regem apđ latinos & Hectora apud Homeꝝ appellari ep̄m Præterea qđ:
candidus negat poni epiſcopū pro Angelo:& Angelum eundē eſſe apud chriſtianos quam gentiles uocabāt
Sed nūc paucis reſpondeamus epiſtolæ ultimæ:q̄ de ligurū duce noſter Leucus ad te tandem ſcribit.Reiectis
liuio.Plutarcho.ſolino quos hēt aduerſos & tanq̄ ꝑuaricatores.tris acducit ignorantiæ ſuæ teſtes Franci.Pe/

trarcham. Antonium luſcū. Et Collucium ſalutatū quos cū iſtioris debuiſſet: nouioris appellat uerbū ſane & i uſitatū & ineptū. V tinā uoluiſſet cādidus ita illoꝝ illuſtriū uiroꝝ benedicta ut errata imitari. Non ſatis erat ſe argui inſcitiæ: niſi optimos illos uiros ſecū traxiſſet in culpā. At uideat qui nos uocat ĩdoctos. Straboné geographū candidius: uideat uir doctiſſimus Claudiū Ptolæmeū coſmographū. V ideat Pliniū nr̄um. li. iii. naturalis hiſtoriæ. V ideat polibiū: qui li. ii. ſuaꝝ hiſtoriaꝝ docet gallos ethruſcis expulſis eā regioné: q̄ ē circa padum occupauiſſe: atq̄ galloꝝ oīum primos lauos & lebecios ea loca tenuiſſe: q̄ iacēt ad padi ortus. Poſt hos autem inſubres q̄ gens erat maxima inter gallos: ſecutos eſſe. Et inſubribus urbē oīum primā eſſe Medio. ab illis conditā. At poſt inſubres ſecutos cœnomanos. Ex altera aūt parte padi campos qui ſunt circa appenninum ananes incoluiſſe. Et poſt ananes cōſediſſe boius. Et poſt hos deinde ad hadriam ligones. V ltimos uero fenones eos cāpos habitaſſe. qui mari adiacēt. Et hæc mi Cicche ad arogātiſſimi cādidi nr̄i puīcaci ignorātia ſatis nūc ſupq̄. Quid. n. memoré: quot q̄taq̄ errauit hō barbarus in grāmatica qđ eo magis miror. qđ decebat hominē librariū. uel ex ipſa exſcribēdi: cōſcribēdi cōſuetudine ſine ullis doctoribus peritiam aſſecutum. pcepta lr̄arum atq̄ latinitatis, pulcherrime callere. Sed dum diſcit bene ſcribere. V ale mediola. ex ædibus noſtri. v. Kal. martias. M. cccc. lx.

Fran. philel. Thome Thebaldo equiti aurato ſal.

T tibi gratulor uæhemēter: qđ ſecundis uſus fortunæ flatibus: te in portū quietū iſtū trāquillūq̄ recepiſti: ita mihi nō poſſū nō dolere plurimū qđ per abitiōem amiciſſimi homines ea ſūt priuatus conſuetudine qua dulcius ducere nihil poteram. Quis. enim te uno prudentior: quis humanior. quis amicitiæ obſeruantior. Quare nō poſſum nō moleſte ferre: qđ tua careo præſentia cuius cōſiliū graue ē ꝓhibitas ſingularis eloquētia admirāda. V t hanc tamen ægritudinem meam feram modice: ea uincor ratiōe qđ amicus amandus ē pp ſeipſū nullis ēt noſtris cōmodis: pſertim qđ amicoꝝ etiam cōmoda nobis cū illis cōi ſūt ducēda. Quare nō tibi mō: ſed mihi quoq̄ gratulor ipſi: qđ apud eum principē uitam tibi agendam delegeris: cuius ſummæ diuinæq̄ uirtutes tot tantæq̄ ſunt: ut uniuerſam nō mō italiā: ſed ēt europā in admirationé ſui cōuerterint. Quem. n. inuenias in omni ꝓbitatis & excellētie genere quē pſtantiſſimo Duci borſio anteponas. Reliquū ē: ut q̄ mutuā nō aīorum ſed corpoꝝ pn̄tiam locoꝝ aufert interuallū. eā crebritas inter nos litteraꝝ aſſidue repreſentet. Hoc aūt cū facillimū ē futurū uiriq̄ nr̄um iucūdiſſimū V ale ex medio. iii. Kal. M. cccc. lxi.

Franci. philel. Tho. Senecæ ſal.

V m iuuenis quiſpiā tuas mihi lr̄as unas reddidiſſet. eſſetq̄ pollicitus: ſe apud me cenaturū. nā eū tuā cā inuitarā: nō mō apud me nō cænauit: ſed ne habiens qdē quicq̄ mihi locutus ē imiratus is certe ipſū te qui cū maxime adeſſes debes: nuſq̄ appares: ſed euaneſcis repēte ex amicoꝝ oculis itaq̄ nihil potui ad ea tibi rn̄dere: q̄ ſcripſeras. Significabas. n. byrriā tuū neſcio quē: dimiſiſſe apud me tuos codices duos Solinum & innominatū alterū. Quid id tibi Perſuaſit: aut ſomniabat aut te ſomniātē captauit. nā neq̄ ipſe apud me unq̄ fuit ſine te. neq̄ libros reliquit ullos. Quare ſi poſthac ſaniore cōſilio uſus fueris iulius cōſules tuis rebus. Scripſeras ēt de tua re uxoria id qđ ante, & audieram. & nō admōm ſum miratus qđ egregi ius quidā ab ineunte adoleſcentia mulierū amator iam uir ſeptuagenarius aut aliquanto grandior tādē uxorius factus eſſes & ita uir uxorius: ut propediē pater futurus dicereris. Te autē nō intelligo: qđ ſcribas te inde ab initio Pēituiſſe rei tā iucūde: tā ſancte: tā laudabilis. Neſcio quid tua ſibi uelit orō: niſi fortaſſe dubitaris te ex alieno labore: futuꝝ Patrē. q̄ſi nō tibi carius eē debeat bonū alīeō labore partū q̄ nec tuo nec alieno Fac igit̄ te ītelligā. nam tua illa orō monſtri aliqd alere uidet̄. Quid. n. aliud opiner cū te tā ſubito ab uxore abdicaueris. Et hac de re ſatis. V enit ad te bertolla nr̄. ex quo ītelliges: q̄ mihi in re tua opa opus ē. Tu fac oīa mea cā at conſueſti ſp & diligenter. Tu diu hic multūq̄ expectato es fruſtra. Feciſti āt more tuo ut ſp tibi deterius ꝓſpicias. V ale ex mediola. iiii. idus mar. M. cccc. lxi.

Frā. phi. Hiero. caſtello phō. ac medi. ſal.

V i tibi reddidit meas lr̄as: q̄s mihi in re tua ſit opus opa: corā uerbis meis exponet: Scio q̄nti me facis & q̄ tibi carus ſum itaq̄ nō eē opus ītelligo: ut te aat rogē hoīem amiciſſimū aut horter uiꝝ diligentiſſimū: & optimum. Quod ſi dederis opam. ne fruſtra in te ſpē pcipuā collocarim īmortali me afficies beneficio. V ale ex Me. iiii. idus mar. M. cccc. lxi.

Frā phi. Lodouico caſell e ſal.

Ingularē tuā erga me beniuolentia multis tuis pmagniſq̄ officiis ſum exptus. meus autē in te animus q̄lis ſit q̄liſq̄ ſp fuerit: ea tibi eſſe dēt certiſſima cōiectura: qđ es de me ſæpe meritus. q̄ optīe Quo fit: ut oībus meis in rebus nō ſecus te utendū exiſtimē. q̄. & amiciſſimo & optimo uiro itaq̄ tuū eſt: ut beneficium beneficio cumules: tibiq̄ pſuadeas eū mihi aīum eē: ut ſi minus referre hēre, tn̄ gratiam non minus poſſim q̄ uelim nec minorē agā q̄ debeā: V ale ex medio. iiii. idus martias. M. cccc. lxi.

F I N I S

Epiſtolaꝝ Fran. philelfi Libri. xvi. impreſſi Venetiis expliciunt. anno a natali chriſtiano. M. cccc. lxxxxiii. die. xv. Ianuarii.

a b c d e f g h i K l m n o p
Omnes ſunt terni preter a et p qui ſunt quaterni:

M. A. Sabellici Annotationes

Nº Caja 7 A-41

SABE
LICI.
BERO
ALDI